que p̄us nō erāt: ſequit̄ me nō eē illū qui prius erā: ⁊ per
ꝯñs vos videtis me modo alium hominē ꝗ̄ heri vidi
ſtis ⁊c̄. ¶ 8° ſequeret̄ ꝙ in qualibet die generarent̄ infi
niti hoīes: ꝯñs falſum. ⁊ ꝓbat̄ ꝯñtia: nam in ɋlibet iſtan
ti cuilibet homini eſt aliqua particula addita vel deper
dita: cū nunꝗ̄ homo in eodē ſtatu permaneat. ex quo ſe
quit̄ quēlibet hominē in ɋlibet iſtanti eſſe aliū ꝗ̄ prius
fuit ſi queſtio eſſet vera: ⁊ per ꝯñs in fine diei verū eſt di
cere ꝙ ſoꝛ. ſint infiniti homines in iſta die. ¶ 9° ſequere
tur: ꝙ hic terminus ſortes. eſſet terminus cōmunis: ꝯñs
ꝯtra grāmaticos ⁊ logicos: probatur ꝯñtia: nā ſignificat
plures homines nō ſolū ſucceſſiue verū etiā ſimul: ex eo
ꝙ partes ſortis ſimul ſumpte ſunt ſoꝛ. ⁊ ſimiliter totum
reſiduū preter digitum eſt ſoꝛ. ſicut tangebatur in vno ar
gumento precedentis queſtionis quod ibi promittebat̄
ſolui i iſta q̄ōne. ¶ 10° ſeqret̄ ꝙ nō ꝯtingeret eūdē hoīez
bis intrare fluuiū ſicut dicit eraclitꝰ: ⁊ p ꝯñs Ar. male rep
hendiſſet eū in hac pte in p° de gn̄atione. ⁊ corruptione.

In oppoſitum q̄ōnis arguit̄ auctoritate Se
nece ad Luciliū dicentis: nō
idē ſumus in iuuentute ⁊ ſenectuteꝰ: nec de mane nec de
veſpere: imo rapimur ⁊ mutamur more fluuioꝝ. ¶ 2° i
p̄cedēti q̄ōne dictū eſt totū eē ſuas ptes. cū ḡ ita ſit ſeqt̄ ꝙ
p additionē alicuiꝰ ptis ad totū vel p ablationeꝫ alicuiꝰ
ptis ab aliq̄ toto fiat aliud totū ex q̄ eſt alia multitudo p
tiū: q̄ eſt ipꝫ totū. ¶ 3° ad idē niſi q̄ō eēt v̄a ſeqret̄ ꝙ nihil
gn̄aret̄ ſucceſſiue: ꝯñs falſū: falſitas pꝫ: qꝛ ignis aer aqua
⁊ terra gn̄ant̄ ſucceſſiue: ſed ꝯñtia ꝓbat̄: nā ſit aliqs ignis
cui ꝯtinue fiat additio: tūc ſi p additionē nō fit aliꝰ ignis:
ſꝫ ꝯtinue manet ideꝫ ignis: ſeqt̄ ꝙ nihil gn̄at̄ ſucceſſiue ⁊
ita de aere: aq̄ ⁊c̄. ¶ 4° ſi q̄ō nō eēt v̄a ſeqret̄ ꝙ poſſet ma
nere idē totū p aliqđ tp̄s ⁊ tm̄ i fine illđ totū nullā h̄ꝫet ptē
de illis ptibꝰ: q̄s habuit i p̄n°: ſꝫ ħ vr̄ eē icōueniēs: pp ħ
ꝙ totū nō ē aliud ꝗ̄ ſue ptes. ⁊ ꝓbat̄ ꝯñtia: nā ſit vna na
uis: de qua in p° anno auferat̄ vniꝰ paries ⁊ reparet̄ de
alijs lignis: tūc adhuc p aduerſariū manet eadeꝫ nauis:
deide i 2° āno: auferat̄ aliꝰ paries: ⁊ iterū reparet̄: ⁊ de alijs
lignis de nouo: tūc iteꝫ per aduerſariū manebit eadē na
uis: deide i 3° āno auferat̄ fundus: ⁊ iteꝫ repet̄ de alijs li
gnis: tūc adhuc p aduerſariū eēt eadē nauis: q̄ fuit p̄mo
āno. ⁊ i 2°: ⁊ tm̄ nūc i iſta naui nihil ē qđ p̄us erat i ea: an
teꝗ̄ ciꝰ paries eēt deſtructꝰ ⁊ reparꝰ: qđ fuit ꝓbandū. Silr̄
poſito ꝙ eēt vnū doliū plenū vino: ⁊ iſerius eēt vnū fora
men: p qđ iſtud vinū guttatim exiret: ⁊ ſupiꝰ vnū aliud:
p qđ tm̄ iſundat̄ de vino ſicut iſerius guſtatū exit: ſic ꝙ ꝯti
nue doleū maneat plenū: tūc tādē totū vinū qđ p̄us fuit i
vaſe exiuit: ⁊ ſi cōtinue maneat idē vinū ſeqt̄ ꝙ cōtinue
maneat idē p horā: qđ tm̄ in fine hore nihil hēbit de ħ qđ
hūit i p̄n°. ꝯſilr̄ pt argui de equo vel de aſino ſꝫ nō d̄ hoīe
pp aiam intellectiuā. ¶ 5° ad idē niſi q̄ō eſſet vera ſequere
tur ꝙ corruptibile poſſet perpetuari: ꝯñs falſum ⁊ ꝯtra
Ar. p° celi dicentis: qꝛ omne corruptibile aliqñ corrūpet̄. Tex. c. 124
ꝯñtia pꝫ ex exēplo deducto de naui ⁊c̄. ¶ In iſta q̄ōne
p° volo ponere vnū modū ſcḋm quē poſſit teneri: ꝙ per
oblationē vel additionem alicuius ptis nō reſultaret ali
ud totū: ſed continue maneret idem. 2° dicā de q̄ōne ſm
vnā diſtinctionē identitatis nūalis poſitā in 5° methꝰ ⁊c̄.

Quantū ad p̄m imaginoꝛ ꝙ ſicut ſupuñr vna res
nūo ē plꝫes res nūo. Ita nāir vna res nūo
eſt ſucceſſiue plꝫes res nūo: ita ꝙ vna res nūo corruptibil̄
ꝗ̄uis nō ſimul ſit plures: tm̄ ſucceſſiue. vñ nātīē ipoſſibi
le ꝙ vna res ſimplex in nūo ſit ſimul plures res in nūo:
accipiendo nūm ꝓprietm̄ bene poſſibile eſt ꝙ ſucceſſiue.
vnde ſi totū reſiduū pt̄er digitū ſortis ſit a. ⁊ digitus ſoꝛ.
ſit. b. ⁊ cras digitus ſortis abſcindat̄: ꝗ̄uis mō ſoꝛ. ſit. a. ⁊
b. tm̄ cras ſortes erit ſolū a. ⁊ ita ꝗ̄uis. a. ⁊. b. modo ſint. a.
⁊. b. tm̄ a. ⁊. b. cras erit ſolum a. Et ita etiā tenēdo iſtū me
diū non opꝫ dicere ꝙ per additionē vel ablationē alicu
ius ptis a toto reſultet aliud totum. Et ad videndū clari
us de iſto modo tāgenda ⁊ ſoluēda ſunt aliqua argumē
ta in ꝯ̄riū. vñ primo pōt argui ſic ponēdo caſum ꝙ to
tum pt̄er digitū ſoꝛ. ſit a. ⁊ digitus ſoꝛ. ſit. b. ⁊ ſit cras abſci
ſus: tūc per te hoc erit cras. a. demonſtrato ſorte cuius di
gitus eſt. b. ⁊ reſiduū eſt. a. tūc vltra ħ eſt a. ⁊. b. ergo a. ⁊. b.
erūt cras. a. ¶ Rñdet̄ ꝙ. a. ⁊. b. erūt cras: ſꝫ. a. ⁊. b. nō erūt
cras. a. ⁊. b. ſꝫ. a. ſolū. Uel forte meliꝰ negādo. ꝙ. a. ⁊. b. erūt
cras: ſed bene ꝯcedēdo. a. ⁊. b. erūt cras: ħ eſt. qđ nunc eſt. a.
⁊ b. erit cras. ſ. ſortes. ſed erit cras. a. ſolū. ¶ 2° poſſet ſimi
li modo argui de pte aliqua aduenienti: nam ſit iam ali
quod totum: cuius omnes partes ſint. a. ⁊. b. ⁊ imediate
poſt hoc adueniat ſibi aliqua pars que ſit. c. tunc argui
tur ſic. hoc erit. a. b. c. demōſtrato hoc toto ⁊ hoc eſt. a. ⁊. b.
ḡ ħ qđ eſt. a. ⁊. b. erit cras. a. b. c. ꝯcedo ꝯ̄nem ⁊ ſi arguit̄. a.
b. c. erunt hoc: ⁊. a. b. c. nō erāt ħ prius. ergo hoc non erat
prius: negatur minoꝛ. imo. a. b. c. erant hoc prius ſed nō
erant prius. a. b. c. ſed. a. b. ſolum. ¶ 3° poſito ꝙ ſoꝛ. ſit mō
a. ⁊ adueniat ſibi. b. vel. c. imediate poſt hoc: tunc argui
tur ſic. a. nunc eſt ſortes: ⁊ imediate poſt hoc non erit ſoꝛ.
ergo deſinit eſſe ſoꝛ. Solutio concedo concluſionē ⁊ ſi di
cat̄. a. deſinit eſſe ſoꝛ. ⁊. a. eſt ſoꝛ. ergo ſortes deſinit eſſe ſoꝛ
tes: negat̄ ꝯñtia eo ꝙ qđ mō eſt. a. imediate poſt hoc erit
ſoꝛ. ¶ 4° poſito ꝙ. a. ⁊. b. nūc ſint ſoꝛ. ⁊. b. corrūpat̄: tūc ar
guitur ſic. a. nūc nō eſt ſoꝛ. ⁊ imediate poſt ħ erit ſoꝛ. ḡ. a. i
cipit eſſe ſoꝛ. Solutio ꝯcedo ꝯ̄nē. ⁊ ſi arguit̄. ḡ aliquid in
cipit eſſe: nego ꝯñtiaꝫ: qꝛ poſſibile eſt ꝙ aliqđ incipiat eſſe
ſoꝛ. abſqꝫ hoc ꝙ aliquid incipiat eſſe: ſicut poſſibile eſt ꝙ
aliquid icipiat eſſe albū abſqꝫ hoc ꝙ albedo vel aliquid
hmōi incipiat eſſe. verbi grā. ponat̄ ꝙ hoc dicat̄ albū ſm
cōem modū loquēdi: cuius maioꝛ pars ſm ſe ⁊ qđlibet
ſui eſt albū ⁊ cū hoc ponat̄ ꝙ ſit vnū ſcutū: cuius vna me
dietas ſit alba ⁊ alia nigra: ⁊ alia medietas ꝯdēſet̄ ⁊ me
dietas alba rareſiat: tūc illud ſcutū incipit eſſe albū ex eo
ꝙ imediate poſt hoc erit maioꝛ pars alba ſꝫ ſe ⁊ qđlibꝫ
ſui abſqꝫ hoc ꝙ albedo vel aliquod huiuſmodi incipiat
eſſe: ſed diceret forte aliquis ſi aliquid inciperet eſſe ſoꝛ.
ſequeretur ꝙ ſoꝛ. eſſet nomen cōnotatiuum ſicut eſt ly al
bum quod eſt falſum. ¶ Reſpondetur: ꝙ bene verum
eſt ꝙ hoc nomen ſoꝛ. nō eſt mere abſolutum ſicut nomē
rei permanētis ſm permanētiam omnium ſuaruꝫ par
tium: nec etiam eſt mere nomen cōnotatiuum: ſicut hoc
nomen album. propter hoc ꝙ hoc nomē ſoꝛ. predicatur
in quid: ſm vnum nomen medio mō ſe hñs ⁊c̄. ¶ 5° ar
guit̄ ſic ſi ad coꝛ poſitionē. b. a. inciperet eſſe ſoꝛ. ſequeret̄:
ꝙ eſſet

ꝙ eēt tráſmutatio ſbalis. ſed hoc eſt falſum ⁊ ꝯñia tenet q᷑ mutare nomen ſbale eſt tranſmutatio ſbalis. ¶ Rñdeo ⁊ dico ꝙ bene eēt tranſmutatio ſbalis ſi mutaretur nomen ſbale ſpe.ificū: ſed nõ opꝫ ſi mutaꝶ nomen indiuidui. ¶ Quāuis iſte modus loquẽdi ſit ꝓbabilis: nõ tamẽ oĩno videꝶ eſſe verus: q᷑ ſm hunc modum loquẽdi oporteret dicẽ ſicut pri⁹ arguebaꝶ. ꝙ ꝯtiue i fine ⁊ in medio vnius hore eſſet idem totum ⁊ tamẽ in fine nihil haberetur de partibus quas in principio hũit ⁊ ſic oporteret concedere corruptibilia eſſe perpetua.

Quantum ad ſcdm eſt ſciendū ꝙ aliquid dicꝶ idẽ nũo tribus modis: vno mõ proprie cuius oẽs ptes manent. ⁊ idẽ nõ acqrit nec ꝺꝑdit aliquas ptes: ⁊ ſic celũ dicꝶ idẽ nũo qḋ erat añ mille ãnos. ¶ 2° mõ aliquid dicꝶ idẽ nũo non totaliter ſed partialiter ⁊ minus ꝓprie. ſ. cui⁹ ꝑncipalior pars manet idẽ nũero vnde ſepe denominamus totuꝫ denominatione partiũ: ut dicimus hominẽ criſpũ qui hꝫ caput criſpũ: ⁊ ſilr dicimus hominẽ ſymũ qui hꝫ naſum ſymum: ſilr poſſumus dicere totũ idẽ nũo ab identitate ptis eius ꝑncipalis ⁊ iſto mõ dicimus hoiem eẽ idẽ nũo: modo: ⁊ ante decẽ annos. ¶ 3° mõ aliqḋ dicꝶ idẽ nũo eſſe: bñ iꝓprie propter ꝯtinuã ſucceſſionẽ ptiũ adinuicẽ pp quã continuaꝫ ſucceſſionẽ manet ꝯſimilis figura ⁊ ꝯſimilis diſpoſitio ⁊ forma: ⁊ ſic dicimus ſecanã eſſe eundem fluuiũ q fuit iaꝫ ſunt centũ anni: q̃uis mõ ſint alie eius ptes q̃ꝫ erant ⁊c̃. ¶ Hiis ꝑmiſſis: ſit ꝑma ꝯcluſio loquẽdo de identitate numerali ꝑmo mõ nulla res corruptibilis manet ideꝫ niſi per inſtãs: vel nulla res manet eadẽ corruptibilis per tẽpus ſemp intelligendo de identitate primo mõ dicta. ꝓbaꝶ ꝯcluſio: nã ſignata aliqua re corruptibili que per aduerſariũ põt manere eadẽ nũo per tp̃s. ⁊ ſit illud tẽpus a. b. tūc quero an in fine illius tẽporis illa res ſit tante virtutis preciſe ſicut in ꝑncipio: vel maioris vel minoris. ſi ſcdm. ſequiꝶ illã rem habere aliquas ptes: quas pri⁹ non habuit: vel carere aliqb⁹: qbus pri⁹ nõ caruit: ſed quodcũqꝫ iſtoꝝ dcꝫ: ſequiꝶ illã rem nõ eſſe idem nũo qḋ prius erat: loquẽdo de identitate primo mõ dicta. Si dicaꝶ ꝙ ſit preciſe tãte virtutis ſicut in ꝑncipio ſequiꝶ per illã virtutẽ adhuc poſſe durare per tantũ tẽpus. tunc ſit illud tẽpus. d. c. ⁊ ſit tante virtutis ſcdm ꝙ erat in fine tẽporis a. ⁊. b. ⁊ ſic ẽt per tantũ tẽpus: ⁊ ſic in ĩfinitũ qḋ eſt ĩpoſſibile: ꝙ tunc aliq̃ res corruptibilis poſſet ꝑpetuari. ¶ 2ª cõcluſio reſpõſalis ad queſitũ. ꝙ per ablationẽ vel additionẽ alicuius ptis nõ manet idẽ totuꝫ identitate nũali primo modo dicta. hoc pꝫ ex deſcriptione identitatis nũalis primo mõ dicte. ¶ 3ª ꝯcluſio loquẽdo de idẽtitate nũali 2° mõ dicta manet idẽ. hõ a ꝑncipio vite ſue vſqꝫ ad finem. hoc ꝓbaꝶ: q᷑ ꝑncipalior pars manet eadẽ. ſ. aĩa intellectiua: ⁊ ſm hunc modũ loquẽdi bene dicimus eundeꝫ hominẽ eẽ in celo qui prius fuit in terra: ſicut de ſancto Petro quẽ dicimus eẽ in celo: qḋ quilibet nõ hꝫ dubitare. Quia eius anima que eſt ꝑncipalior pꝫ eſt i celo. ¶ 4ª cõcluſio loquẽdo de iſta identitate nõ eſt idẽ equus nũo a ꝑn° ⁊ in fine: q᷑ ſicut nõ manet eadẽ mã ſic non manet eadẽ forma vtrũqꝫ eñ augeꝶ: ſed ſic nõ eſt de forma hoĩs. ſ. de anima intellectiua. ¶ 5ª ꝯcluſio loquẽdo de identitate 3° mõ dicta bene eſt idẽ equus nũo a principio vite vſqꝫ in finẽ ⁊ eadẽ ſecana ⁊ idẽ fluuius nũc qui fuit ante mille annos: ꝓbaꝶ: nã pp ꝯtinuam ſucceſſionẽ partiũ adinuicem manet cõſilis forma ⁊ diſpoſitio. pp quã aliquid põt dici idẽ nũo: ſicut pꝫ ex deſcriptione idẽtitatis 3° mõ dicte. ¶ 6ª cõcluſio pp ablationẽ vel additioneꝫ alicuius partis nõ tolliꝶ identitas nũalis 3° mõ dicta vel 2° mõ. ⁊ ſm has cõcluſiones rõnes facte vadũt vias ſuas preterq̃ꝫ penultima que erat: ſequereꝶ ꝙ hoc nomẽ ſor. eẽt nomẽ cõmune: negaꝶ ꝯñia q᷑ ſufficit vt maneat ideꝫ idẽtitate nũali 2° mõ vel 3° mõ dicta. Et ſic eſt in propoſito: ⁊ quũ probaꝶ ꝙ nõ ſolum ſignificat plures hoĩes ſimul: veruꝫ etiam ſucceſſiue. hoc negaꝶ. ⁊ quũ ꝓbatur ſigneꝶ reſiduuꝫ preter digitum ſortis. tunc hoc eſt ſor. negaꝶ. imo ad hoc ꝙ aliquid ſit ſor. vel homo. requiriꝶ ꝙ ipſum ſit ꝑ ſe ſeorſum exiſtẽs. ⁊ nõ exiſtens pars alterius. ergo dicto digito nõ abſciſo ⁊ reſiduo per imaginationẽ capto nõ ẽ ſor. q̃uis ſiat ſor. nam quũ digitus abſcinditur ſit vna ſba ꝑ ſe: ſeorſum exiſtens: nõ exiſtens pars alicuius alteri⁹ ſubſtantie: nec alicuius qḋ eſt per ſe vnũ: q̃uis bene ſit pars mundi: m̃ mundus nõ dicꝶ per ſe vnũ. Et ſi diceret omne compoſitũ ex mã ⁊ forma ⁊ anima intellectiua eſt hõ: ſed tale. ſ. reſiduũ preter digitũ eſt hõ: ergo dr̃ negãdo maiorem. Sed opꝫ addere ꝙ nõ ſit pars alicuius: qḋ eſt per ſe vnũ: m̃ melius dicꝶ concedendo ꝙ ſor. preter digituꝫ ſit ſor. ⁊ homo. nec propter hoc ſor. eſt nomẽ commune: vnde ad hoc ꝙ eſſet nomen cõmune requireretur ipſuꝫ ſignificare plura integralia ⁊c̃.

¶ Tex. cõmenti xxxv.

¶ Si igitur infinitum ſecundũ ꝙ infinitum: ignotum eſt ⁊c. Qõ. ix.

Conſequenter quero vtrũ cognitio toti⁹ depẽdeat ex cognitione ſuaꝝ partiũ. Et arguiꝶ ꝙ nõ q᷑ de ſenſibili eſt cognitio: ⁊ tamẽ nõ dependet ex cognitione ſuaꝝ ptiuꝫ: probatur: q᷑ in q̃libet ſenſibili ſunt multe particule: que pp ipſaꝝ paruitatẽ ſunt inſenſibiles: ẽ totius cognitio ⁊c̃. Nec põt dici ꝙ totius cognitio depẽdeat ex cognitione partiũ que ſunt ſenſibiles: q᷑ ptes taliuꝫ partiũ ſunt inſenſibiles. mõ ſi cognitio totius depẽdet ex cognitione partiũ: tunc cognitio partiũ ſenſibiliũ depẽderet ex cognitione iſtaꝝ partiũ inſenſibiliũ. Sed hoc non: ex quo iſte ptes ſunt inſenſibiles: ſũt incognite: ⁊ ꝑ ꝯñs ptes ſenſibiles: que habẽt ſe ſicẽ totũ reſpectu ptiũ inſenſibiliũ erũt icognite: ⁊ ꝑ ꝯñs ſi cognitio toti⁹ depẽdet ex cognitiõe ſuaꝝ ptiũ ſequiꝶ nullũ totũ ſenſibile eſſe cognitũ a ſenſu: qḋ ẽ icõueniẽs: ꝯñia tꝫ ex eo ꝙ ſicẽ ꝓbatuꝫ eſt. nec ptes ſenſibiles: nec ptes iſenſibiles pñt cogñi a ſenſu. ¶ 2° ſic totũ eſt noti⁹ ſuis ptib⁹ vt poniꝶ i ꝓhemio: ẽ cognitio toti⁹ nõ depẽdet ex cognitiõe ſuaꝝ ptiuꝫ. imo magis eꝯ. Tex. cõ. 4.

¶ 3° ſeqreꝶ ꝙ iĩnitũ eẽt cogſcibile: vel ꝙ itell's nr̃ cogſceret iĩnita: ſꝫ h̃ ẽ falſuꝫ. q᷑ itell's nr̃ nõ ẽ capacitatis iĩnite ⁊ falſitas pꝫ ꝑ Ar. in iſto ꝑ. dicẽtẽ ꝙ iĩnitũ ſm ꝙ hui⁹ eſt ignotũ: ⁊ ꝯñia pꝫ: q᷑ iĩnite ſũt ptes i toto. ſ. i ꝯtinuo: ẽ cũ aliqs cogſcat illud ꝯtinuũ: ⁊ ſi cognitio toti⁹ dependet ex cognitiõe ptiũ ſuaꝝ ſequiꝶ ꝙ cogſcẽs illud totũ cogſcit iĩnita: q᷑ iĩnite ptes ſũt illi⁹ toti⁹. ¶ 4° ſequereꝶ ꝙ eẽt proceſſus i iĩnitũ i cognitionib⁹. ꝯñs ẽ falſuꝫ ꝓbaꝶ ꝯñia. nã ad cognitionẽ toti⁹ reqriꝶ cognitio ſue medietatis: ⁊ cuꝫ medietas ſe hẽat tãq̃ꝫ totũ: re^u ſuaꝝ ptiũ: ⁊ ſic reqriꝶ cognitio medietatis: medietatis. ⁊ ſic vltra i iĩ^m. ¶ 5° ſeqreꝶ ꝙ cognitio alicui⁹ toti⁹ ꝺpẽderet ex cognitiõe ſui ipſi⁹: ꝯñs ẽ falſuꝫ. q᷑ tũc idẽ depẽderet a ſeipſo: ꝯñia ꝓbaꝶ: nã ſꝫ ꝑdicta totũ nõ eſt aliud q̃ꝫ ſue ptes. Si ẽ totũ dependet ex cognitione ſuaꝝ partiũ: ſeqtur cognitionẽ totius dependere ex cognitione ſui ipſius: qḋ eſt falſum: ẽ ⁊c̃. Tex. cõ. 35.

In oppoſitũ eſt Ar. i 2° caplo hui⁹ tractat⁹: neceſſe ẽ ãt. vbi diſputat ꝯ̃ Anaxa. dicẽtẽ. qḋlꝫ eẽ in q̃libet. ꝯ̃ quẽ Ar. arguit dicens ſic: tunc nullũ ens nãle eẽt cognoſcibile: ꝯñs ẽ falſuꝫ: ⁊ ꝓbaꝶ ꝯñia q᷑ cognitio toti⁹ depẽdet ex cognitiõe ſuaꝝ ptiũ q̃ ẽ i ipo ex qb⁹ ẽ: mõ ſi tales eẽnt iĩnite: ⁊ cũ iĩ^m ſit ignotũ ſeqꝶ nullũ ens nãle eẽ cognitũ: iſta ẽ ſnĩa Ar. q̃uis nõ ſũt vba ei⁹ ip̃ſa ſoĩa. ¶ In iſta qõne ponẽde ſũt ꝯ̃nes de q̃ſito: q̃ꝫtũ ad cognitiõeꝫ ſẽſitiuã ꝺ q̃ tãgebaꝶ i ꝑ arg. ¶ 2° ponẽde ſũt ꝯ̃nes q̃ꝫtũ ad cogñẽ itellectiuã de q tangebaꝶ in 2° arg⁹. Tex. cõ. 35.

¶ 3ᵒ ſic ponēde ꝯnes de cognitiōe īfiniti de q̄ in 3ᵒ arᵗᵒ

Quantum ad primū pono iſtam ꝯnem: ad hoc
ꝙ aliquod totū dicatur videri: non
oportet ꝙ ꝗlibet pars videaſ ⁊ exponaſ totuȝ .i. eius būs
partes: ꝓbatur: naȝ video iſtā colūnā: ⁊ tñ nō video quā
libet eius partē in fundo. Sīr bene vnus hō videt aliū:
⁊ tñ nō videt quālibet eius partem. ¶ Scđo ſi ad hoc ꝙ
aliqd videreſ oporteret quālibet eius partē videre: tunc
nullū corpus opacū ſicut eſt lignū vel ferrū videreſ: ꝯñs
eſt falſum. ꝓbaſ ꝯñria: quia nullius talis ꝗlibet pars in
fundo videſ. ¶ 2ᵃ ꝯcluſio. Qñcūqȝ aliquod videtur: tūc
alique partes in fundo videnſ: ſed nō quelibet: ꝓbatur:
qñcūqȝ eſt aliqd denſum ſemꝑ eſt capienda in iſto denſo
aliqua pars in ſupficie ita tenuis ꝙ eſt tranſparens: ⁊ ſic
tunc per iſtā pñt videri alique ptes verſus funduȝ. ¶ 3ᵃ
cōcluſio: ꝙ aliqñ partes alicuiꝰ totius ſunt ita parue: ꝙ
ſi eſſent ſeparate a toto nō viderenſ: ⁊ ꝓbaſ: nam ſi eſſent
ſeparate a toto cārent angulū ita paruū in oculo ꝙ ſub
iſto nō poſſet fieri viſio ſenſui eaȝ ſm ꝑſpectiuos nō ſub
quolibet angulo ꝯtingat fieri viſionē. Sciendū eſt tñ: ꝙ
ꝗuis alique ptes nō poſſint videri in aliq̄ diſtātia a vi-
ſu: tñ per approximationē eoꝝ ad viſum: tunc viderenſ:
qꝛ tunc cārent maiorē angulū in oculo: ⁊ſt tñ verū ꝙ ali-
que ſūt ptes ita pue: ꝙ ſi eēnt ſepate a toto nō poſſent vi
deri niſi ꝑ artificiū ſpeculoꝝ ꝯcauoꝝ. ¶ 4ᵃ ꝯcluſio: ꝙ nul
le ptes ſunt ita parue: qꝛ adhuc ſepate adinuicē pp vicini
tatē poſſent videri: ⁊ ꝓpinquitatē eoꝝ: ⁊ hoc ad moduȝ
euiſdē denſi ſicut pȝ de nube rotūda in qua ſunt multe
particule parue: q̄ȝ pp ꝓpinquitatē taliū pticulaꝝ adin-
uicem videnſ quodāmō ꝯſute admoduȝ cuiuſdā denſi
quaꝝ particularū nulla poſſet videri in tanta diſtātia: ſi
nō eēt ita vicina ⁊ ꝓpinqua. ¶ 5ᵃ ꝯcluſio: ꝙ nō reqriſ cō-
iunctio partiū taliū ſm longitudinē: ad hoc ꝙ ſimul vi-
deanſ. Sed reqriſ ꝯiunctio ⁊ ꝓpinqtas eaꝝ ſm latitudi
nem: pȝ nam ſi eſſent quatuor pticule īſenſibiles ſeorſuȝ
exiſtētes: ſi vna poneref retro aliaȝ vel ante aliam: nō plus
quelibet eaꝝ videreſ q̄ȝ prius: ſi tñ vna poneref iuxta aliā
ſic ꝙ cārent vnū angulū totalē: maioreȝ in oculo q̄ȝ vna
eaꝝ ſola: tunc per talē ꝓpinquitatē ⁊ vicinitatē eaꝝ adin
uiceȝ poſſent videri. ¶ Tūc pono ꝯnes de ptib' ꝯtinuis:
⁊ ꝯiunctis adinuicem: ⁊ ſit pᵃ ꝯcluſio ꝙ in cōtinuo ſunt
ptes ita pue ꝙ nō videnſ actu: ꝓbaſ: nam in ꝯtinuo ſunt
alique ptes ita pue: q̄rū ſi vna ſola alteraref ð albedie in
nigredinē nō ꝑciperef: ⁊ tñ nō eēt ſi iſta actu videreſ. ¶ 2ᵒ
nam ſi aliqd īſenſibile poneref iter viſuȝ ⁊ viſibile: ⁊ claꝝ
eſt ꝙ illud īſenſibile cooperiret ⁊ occultaret aliquā partē
ipſius: ⁊ hoc viſus nō perciperet. Hoc tñ ꝑciperet: ſi talis
pars viſibilis cooperta ab īſenſibili actu videreſ: vel actu
fuiſſet viſa. ¶ 2ᵃ ꝯcluſio ꝗlibet pars ſupficialis ipſius vi
ſibilis q̄ non eſt in extremitate ipſiꝰ viſibilis vbi derelin-
quiſ qdā lymbus nō viſus: videreſ in potētia ⁊ nō acci-
pitur videri in poᵃ in ꝓpoſito qꝛ eſt pars illius qd videſ
in actu: naȝ tunc ꝗlibet pars ī fundo videreſ: ex quo ꝗli-
bet eaꝝ eſt pars eiꝰ qd videſ: ſȝ dꝛ videri in poᵃ ī ꝓpoſito
ꝙ eſt pars illius qd in actu videſ: ⁊ cū hoc cauſat partes
ſpēi in viſu: per quē videſ illud totū. ꝓbaſ cōcluſio. nam
niſi quelibet partiū ſupficialiū ipſius viſibilis exiſtentiū
extra lymbū non viſum videſ mō ꝑdicto: ſequereſ ꝙ ni-
hil videreſ: qd eſt falſuȝ: ꝯñia tenet ex eo ꝙ data aliqua
parte: ꝓpter quā ꝓpinquitatē diceres nō videri: eadē ra
tione vna alia ſibi eq̄lis ⁊ tertia ⁊ quarta ⁊ ſic vltra: ⁊ cuȝ
tales ptes finite in nūo ſint oēs ptes iſtiꝰ totius ſequereſ
nullas partes iſtius totius videri: ⁊ per ꝯſequens nec il-
lud totū videſ: quod fuit probandū. ¶ 3ᵃ ꝯcluſio: cuiuſ-
libet viſibilis circa extremitatem derelinquitur quidam
lymbus nō viſus hoc eſt alique partes que nō videntur
patet quia aliter quadratū diſtans a longe nō appareret
ſphericū cuius oppoſitū docet experientia. ¶ 2ᵒ ſi aliqd
ſphericū diminuereſ tantuȝ ꝙ illi lymbi eſſent continui
amplius nō videreſ. ¶ Et ſic cluȝ eſt ꝙ q̄nto viſibile eſt
remotius tanto iſte lymbus nō viſus eſt maior. ⁊ quāto
ꝓpinquius: tanto eſt minor. ¶ 4ᵃ ꝯcluſio ceteris ꝑibus
quāto viſibile eſt lucidius. tāto ille lymbꝰ eſt magis gra-
cilis: ⁊ minor: patet: nā tanto plures partes viſibiles poſ
ſunt mouere viſum ſufficienter: ⁊ per conſequens tanto
pauciores derelinquentur non viſe.

Quantum ad 2ᵐ ſit hec pᵃ ꝯcluſio: cognitio toti-
us cōfuſa nō dependet ex cognitiōe
ſuaꝝ ptium: pȝ: nā aliquis pōt cognoſcere ꝙ ſoꝛ eſt riſibi-
lis abſqȝ hoc ꝙ cognoſcat partes eius. cognoſcēdo enim
iſtā. ois homo eſt riſibilis. hēmus cognitionē de ſorte cō
fuſaȝ: qui eſt roīne: queȝ nunq̄ȝ vidimus. ꝙ ipſe eſt riſibi
lis: modo clarū eſt ꝙ partes ſortis: quē nunq̄ȝ vidimus
nō cognoſcimus. ¶ 2ᵃ cōcluſio: notitia ſciētifica alicuius
totius depēdet ex cognitiōe ſuaꝝ partiuȝ: ſm tres termi-
nos illius ſcientie: pȝ: qꝛ nūllus dicit ſe hre ſcientiā de ho-
mine: qñ ſcit ex quibꝰ cōponiſ homo. ſimiliter habemus
ſciam de triangulo qñ cognoſcamus ex quibꝰ ⁊ qualibꝰ
eſt triangulus. Et notanter dico ſm terminos illius ſcie
qꝛ mathematicꝰ nō hȝ curare de triangulo vtrū ſit cōpoſi
tus ex mā ⁊ forma: ⁊ vtrū ſit calidus vel frigidus: qꝛ iſti
termini nō ſunt ſcientie mathematice: ſed ſcie naturalis.
¶ 3ᵃ ꝯcluſio in rebus ꝯtinuis hoc debet intelligi in parti
bus eſſentialibꝰ ⁊ itegralibꝰ ⁊ ethereogeneis: nullus dice-
ret hre ſciam de hoie niſi ſciret ꝙ homo eſt quoddā mix
tuȝ ex quatuor elementis: ⁊ ꝗlibet tale eſt cōpoſituȝ ex
mā ⁊ forma: ſimiliter nō hret ꝑfectā ſciam de homine ni-
ſi ſciret ꝙ eſſet cōpoſitus ex carne: ⁊ oſſe: ⁊ ꝙ hret certa mē
bra: imo ad ꝑfectā notitiā nālem de homine opȝ cogno-
ſcere totā anotomiā hois: ⁊ dico in ꝯcluſione ꝙ debet i-
telligi de partibꝰ integralibꝰ ⁊ eēntialibꝰ: ⁊ ethꝰrogeneis
nā ſi ſit aliqd totū. qd careat talibꝰ partibꝰ ſicut eſt mate-
ria: tūc cognitio talis nō dependet ex cognitiōe partiuȝ
ſuaꝝ. ¶ 4ᵃ ꝯcluſio in diſcōtinuis ad cognitionē totius
opȝ cognoſcere nūm ſuaꝝ partiū: ꝗuis tales partes nō
ſunt eiuſdē rationis: pȝ: naȝ ad cognoſcendū totū celum
oportet cognoſcere ꝙ ſūt ibi ſpere partiales. ¶ 5ᵃ ꝯcluſio
eſt. ad cognitionē totius non oportet cognoſcere omnes
partes homogeneas: nec oēs partes partiuȝ diſtinctas: hoc
patet: naȝ ſicut arguebaſ prius: ſi hoc oporteret. tūc conti
nuū non poſſet cognoſci. ex quo partes ipſiꝰ ſunt infini-
te. ideo bene dixit Ariſtoteles vſq̄ȝ ad elementa.

Quantum ad 3ᵐ articuluȝ ſit prima concluſio.
infinitiua poſſunt cognoſci cōceptu
vniuerſali: patet per Ariſtotelē. infiniti fuerūt hoies ⁊ i-
finiti erunt homines: nā omnes iſtos cognoſco cōceptu
vniuerſali: nam habeo vel hre poſſum cōceptū ſpecificū
hois in mente mea: qui eſt ſignū oium iſtoꝝ: ⁊ ſic intelli-
git cōmentator. quā dicit intellectus infinita itelligit vel
cognoſcit in ꝓpoſitione vlī. ¶ 2ᵃ concluſio īfinita poſſuȝ
cognoſcere conceptu ſingulari patet: nam iſtum lapidē
poſſum cognoſcere cōceptu ſingulari. ⁊ iſte lapis eſt īfini
ta: qꝛ infinite partes. ergo infinita poſſum cognoſcere cō
ceptu ſingulari. ¶ 3ᵃ cōcluſio infinita poſſuȝ cognoſcere
qd eſt ſm numeruȝ determinatū. patet: nam iſtos duos
hoies poſſuȝ cognoſcere ꝙ ſunt ſm numerū determina
tuȝ: qꝛ duo: ⁊ iſti duo ſunt infinita. ergo infinita poſſum co-
gnoſcere ſm numerū determinatū. ¶ 4ᵃ ꝯcluſio infini-
ta quoꝝ qdlibet eſt diuerſe rōnis ⁊ diffinitiōis a quod-
libet alioꝝ poſſum cognoſcere ſm rationē propriam pa-
tet: naȝ alia eſt ratio diffinitionis trianguli: ⁊ alia eſt rō
quadranguli: ⁊ ſic in infinitū: ⁊ infinitas hmōi figuras
poſſuȝ cognoſcere ꝗlibet ſm eius rōnem ſibi ꝓpriam: ⁊
nō tot quin plures. ergo ⁊c. ¶ 5ᵃ ꝯcluſio. Infinitas cōcluſio
nē demrabiles poſſuȝ ſcire: ꝗlibet demrātiōe ſibi ꝓpria.
pȝ: nā ſicut poſſuȝ demrare triangulū hre tres angulos
equales duobꝰ

equales duobus rectis: ita quadrangulū quatuor: ⁊ ſic in infinitum: ⁊ iſte cõcluſiones ſunt diuerſarū rõnū ⁊ qlibet eſt demõſtrabilis demõſtratione ſibi ꝓpria. ¶ 6ᵃ ꝯ: pro intẽtione Ar. ipoſſi'e eſt me cogſcere ĩfinita quodlibet ſm̄ rationem ſibi ꝓpriã: pꝫ: nã hec eſt ipoſſibilis: ego cognoſco infinita quodlibet ſm̄ rõnẽ ſibi propriã: ex eo ꝙ impoſſibile eſt me hr̃e in mẽte mea infinitas rõces: ⁊ cognitões abinuicẽ diſtinctas: talẽ cõcluſionẽ intendebat Ar. quã dicebat infinitũ ſm̄ ꝙ huiuſ eſt ignotuꝫ. quã arguebat ꝯ Anax. ꝓbans ꝙ impoſſi'e eſt ĩfinita p̃nᵃ ſm̄ ſpẽm eſſe in qualibet re nãli. nã ſi ſic tunc nullã rem naturalẽ poſſemus perfecte cognoſcere ⁊c̃.

Ad rationes principales. ad p̃mã pꝫ ex dictis: nã ad cognitionẽ totius nõ requirit cognitio oiuꝫ ptiũ ſuaꝝ ſed ſolum eſſentialiũ ⁊ integralium heterogeneaꝝ ⁊ hoc quo ad cognitionẽ intellectuã: quo autẽ ad cognitionẽ ſenſitiuã: ĩ nõ requirit cognitio oium partiũ ſuaꝝ: ſed aliquaꝝ: ſicut ponit in p̃io articulo: vbi dicebat in prima cõcluſiõe ꝙ ad hoc ꝙ totum videat nõ oportet quãlibet eius ptẽ videri. ¶ Ad 2ᵐ quã di totũ eſt notius ſuis partibus cedit cognitione ꝯfuſa: cognitiõe vero diſtincta eſt ecõuerſo. ¶ Ad 3ᵐ pꝫ ex dictis. ¶ Ad 4ᵐ ſimiliter dictũ eſt ꝙ ad cognitionẽ totius nõ opꝫ cognoſcere partes partium eſſentialiuꝫ vel integraliũ homogeneoꝝ licet bene ptes heterogeneoꝝ: ex quorũ cognitione depẽdet cognitio toti'. ¶ Ad quartã negat ꝯñtia: qꝛ q̃uis totũ ſit omnes ſue ptes: tñ ad cognitionẽ totius nõ requiritur cognitio oium ptiũ ſi᷑: ſed aliquaꝝ que nõ ſunt idem toto ⁊ ſic patet ꝯñtiã non valere.

¶ Tex. cõmẽti. xxxviij.

¶ Adhuc autem ſi omne quidẽ corpus remoto quedam ⁊c. Qõ. x.

Vtrum ſit dare minimo mãm: de cuius potẽtia poſſit educi forma nãlis. ⁊ arguit p̃mo: ꝙ nõ: nã ſit. a. minima mã: de cuius potentia põt educi forma aſini. tunc ſic. a. mã eſt minima: de cui' potẽtia põt educi foꝛa aſini: ꝰ de medietate non põt educi: ꝯñs eſt falſum: ꝯñtia clara ẽ de ſe: ſed falſitas cõſequẽtis ꝓbat: nã ſequit ꝙ medietas mãe nõ põt recipere quãlibet formã. ꝯñs eſt falſum ⁊ ꝯ cõmẽtatorẽ p̃imo huius. Ubi dicit ꝙ ꝓpriũ eſt mãe quãlibet formaꝫ ſuſcipere. ¶ 2° ad idẽ ſi queſtio eẽt vera tũc eſſet dare minimã carnẽ: ꝯñs falſuꝫ: ꝓbat ꝯñtia: nã iſta caro eẽt minima: cuius mã eſſet minima: in qua poſſet forma carnis induci: ſed falſitas ꝯñtis ꝓbat: nã quacũq; carne data: ſi applicaret ſibi aliquod agẽs corrũpens: pri' corrũperet parteꝫ ꝓpinquã q̃ꝫ remotã: ſit ꝰ. a. medietas minime carnis ꝓpinqua. ⁊ b. remotior corrupta: ꝰ. a. medietate carnis remouetur agẽs: tũc adhuc manebit. b. caro minor carne data: ⁊ per ꝯñs data caro nõ erat minima: nec adhuc minima potens ſeorſum exiſtere: ſicut quidã volunt dicere: ex quo. b. eſt minor pars potẽs ſeorſum per ſe exiſtere. ¶ 3° data aliqua materia: quã tu dicis eſſe minimã: de cuius potẽtia põt educi forma aeris: tũc cũ forma aeris ſit educta de illa mã: tunc ẽt forma aeris eſt educta de medietate ipſi' mãe. ⁊ ſilr de q̃rta pte: ⁊ ſilr de 8ᵃ ⁊ ſic in infinitum. ita ꝙ nõ eſt ita parua mã de qua educta ẽ forma aeris qn
Tex. cõ. 37. adhuc de minori poſſit educi. ¶ 4° nã i ſcdo de gñatione dicit ex vno minimo aque gñant decẽ minima aeris ⁊ ſic ecõuerſo ex vno minimo aeris gñatur decima pars vni' minime aque. ⁊ ſic tunc capiat vnũ minimũ aeris ⁊ ſit. a. tũc vel ex illo poteſt generari aqua vel nõ: nõ põt dici ꝙ nõ: quia ex quolibet elemento gñaт aliud: ſi dicit ꝙ ſic tunc ex ipſo non generat niſi decima pars minimi aq ⁊ per ꝯñs de decima parte minime mãe ipſi' aque: que ſic vocat minima educitur forma aque: vt iam dictuꝫ eſt ⁊ ecõuerſo. ¶ 5° ſequeret ꝙ eſſet dare minimã aquã que poſſet durare per aliquod tp̃s in aliquo medio ſine tẽdẽtia ad corruptionẽ: ꝯñs eſt falſuꝫ: ꝓbat ꝯñtia: qꝛ ſit illa. a. in medio. b. ſibi equali vel minori actiuitate: tũc ſit ſilr. b. aqua minor in alio medio hñte ſe i eadẽ ꝓportiõe ad b. aquã: in qua ſe hꝫ mediũ in. a. aqua ad. a. aquã: tũc põt durare ſine tẽdẽtia ad corruptionẽ: ꝰ. a. nõ erat minima que poterat durare in aliquo medio ſine tendẽtia ad corruptionẽ: ⁊ ſic ꝓbatũ eſt ꝙ nec eſt dare minimã materiaꝫ de cuius potentia poteſt educi forma ſubſtãtialis: nec eſt dare minimã mãm: ſub qua poteſt manere.

In oppoſitum eſt Ar. in iſto p̃mo tractatu caplo ſcdo. ſ. neceſſe eſt autẽ. Tex. cõ. 38. vbi dicit ꝙ eſt dare minimã carnẽ: ⁊ cõfirmatur rõne ꝙ ſit dare minimã mãm de cuius potentia põt educi aliq forma: nã ſi nõ: tunc ſequeret ꝙ non eſſet dare hoiem ita paruũ quin adhuc eẽt dare minorẽ: ⁊ ꝙ ſub quacunq; quãtitate quãtãcũq; parua poſſet eẽ homo. ꝯñs ẽ falſuꝫ qꝛ talis hõ nõ poſſet exercere operatiões hoīs. ¶ In iſta q̃õne p̃mo ſciendũ eſt: ꝙ aliud eſt querere vtrum ſit dare minimã mãꝫ: i qua de nouo poteſt gñari aliqua forma ⁊ vtrũ ſit dare minimã mãm: in qua põt permanere aliqua forma: ſic ꝙ nõ in minori poſtq̃ ipſa gñata eſt: ⁊ de vtroq; iſtoꝝ videndũ eſt in q̃õne iſta. Et p̃mo quãtuꝫ ad formã heterogeneoꝝ. 2° q̃tũ ad formã homogeneoꝝ ſicut ſunt caro ⁊ os: ignis ⁊ aqua. ¶ Et adhuc p̃mo vidẽdum eſt de forma hominis que ponit indiuidualis. 2° quãtũ ad formã alioꝝ heterogeneoꝝ ſicut aſinus ⁊ capra vnde p̃mo videndũ de expoſitione iſtoꝝ terminorũ: minimũ: maximũ: minimũ ꝙ nõ. maximũ ꝙ nõ: vnde minimã mãꝫ voco: ſub qua põt aliqua forma gñari: ⁊ ſub nulla minori: ⁊ maximã in quã ſic voco: in quã põt ⁊ in nullã maiorẽ. Et minimã in q̃ꝫ nõ: voco illã in quã non poteſt: ſed qualibet minori data daт maior: in quã põt. ⁊ maximã in quã non: voco illam in quã nõ: ſed qualibet maiori data daт minor in quã ſit. ⁊ ſic ſeq̃t articulus.

Quantum ergo ad primũ ſit p̃ma ſuppoſitio: anima intellectiua ex quo eſt indiuidualis ipſa ſit ſbiecto. ex quo ſequitur ꝙ eſt dare primuꝫ inſtãs ſui eſſe ¶ 2ᵃ ſuppoſitio: anima intellectiua nõ iformat in generatione hominis prius vnã parteꝫ materie hominis in eſſe demũ aliã: ſed ſimul incipit omnes informare. ¶ 3ᵃ ſuppoſitio: aĩa intellectiua nõ põt incipere informare mãꝫ quãtãcunq; paruã: hoc pꝫ: qꝛ q̃ꝫ cito aĩa intellectiua incipit informare aliquã mãꝫ: tã cito incipit eſſe aliquis homo. Sed ex quo homo nõ põt eẽ ſub quãtacunq; parua qualitate: ſequitur animam intellectiuaꝫ non poſſe informare materiã quãtãcunq; paruã ¶ Ex his ſuppoſitionibus pono aliquas concluſiones: p̃ma eſt hec: ꝙ eſt dare minimã materiam in qua anima intellectiua poteſt generari: patet per primã ſuppoſitionem: quia non in qualibet materia poteſt generari anima intellectiua: ſit ergo a. materia i qua nõ poteſt generari anima intellectiua propter eius paruitatem: ⁊ augeatur. a. materia continue: tunc clarum eſt ꝙ in eius augmentatione tantum iſta materia ſit magna ꝙ in ea poteſt generari anima intellectiua: vel ergo eſt dare primum inſtãs in quo eſt ita magna ꝙ in eo poteſt generari anima intellectiua: vel vltimum in quo non: ſi dicatur primuꝫ: ſequitur ꝙ iſta materia in iſto inſtanti eſt ita magna ꝙ in ea poteſt generari anima intellectiua: patet quia continue ante hoc inſtans propter eius paruitatem non poterat generari anima intellectiua: ergo in hoc inſtanti iſta materia eſt materia in qua poteſt ⁊c̃. propter hoc ꝙ i eã poteſt ⁊ in nulla minori: ſi dicatur ſcdꝫ tunc ſequitur ꝙ non ſit dare primum inſtans anime intellectiue ſed vltimũ inſtans nõ eſſe: cuius oppoſitũ dixit vna ſuppoſitio

conſequentia ꝓbatur: naꝫ illud iſtans in quo eſt verū di cere a. māꝫ nō eſt ita magnā ꝙ in ea poſſet gn̄ari aīa itel lectiua: ſed imediate poſt illud iſtans: eſt illud inſtans in quo eſt verū dicere aīam itellectiuā nō eſſe: ſed imediate poſt illud iſtans aīam itellectiuā eē. ¶ Sꝫ diceres ꝯ ſit a. mā minima: in qua tu dicis aīaꝫ itellectiuā poſſe gn̄ari: ergo medietas nō eſſet minima in qua poſſet gn̄ari: ꝯn̄s falſum: qꝛ medietas a. māe ꝑus ſufficiēter erat diſpoſita ad capiendū aīaꝫ ꝙ̄ a. mā tota: ꝗ aīa ꝑus iſormabat me dietatē a. māe ꝙ̄ a. māꝫ totā. ꝗ a. mā nō eſt minima mā: quā pōt pꝰ iſormare aīa itellectiua. ¶ Rn̄det ꝙ ſic. ꝛ quā di medietas a. māe prius erat diſpoſita: ꝯcedit ꝙ be ne qualitatiue: ſed nō quātitatiue: qꝛ nō prius informa bat aīa itellectiua medietateꝫ a. materie: ꝙ̄ a. māꝫ totā: nec poſt ꝙ̄ oēs partes materie a. ſunt ſufficiēter diſpoſite qualitatiue: ſufficit ad hoc ꝙ informet ab aīa itellectiua ꝛ in hoc eſt diſſimilitudo de forma hoīs ꝛ de forma aſini: qꝛ forma aſini eſt diuiſibilis ꝛ extenſa: propter qꝺ ſi vna pars materie eſt ſufficienter, diſpoſita q̄litatiue: ſtatiꝫ de eius poᵃ educit pars forme aſini: ſꝫ nō forma totalis aſi ni. ¶ Sꝫ adhuc dices in gn̄atione hoīs qn̄ vna pars ma terie eſt ſufficiēter diſpoſita: ex qua tn̄ ꝑpter eius paruita tem nō pōt gn̄ari forma hoīs: qua ergo aīa iſta pars ma terie iſormat: donec mā ſit ſufficiēter diſpoſita: ꝙ aīa itel lectiua poſſit ipſam incipere informare. ¶ Rn̄det ꝙ inte rim informat forma preexiſtēti: qꝛ nōdum eſt ſufficienter diſpoſita quātitatiue ꝛ qualitatiue ſimul ſic ꝙ aīa itelle ctiua poſſit gn̄ari. Uel aliter pōt dici ꝙ in gn̄atiōe hoīs in ſemine eſt vnū agens itrinſecuꝫ ꝑn̄s cuilibet parti: qꝺ nō prius diſponit vnā partē materie ꝙ̄ aliaꝫ: ſed ſimul omnes ꝛ eque ſufficiēter diſpoſite ſunt: vt iſormētur ab aīa itellectiua. ¶ Adhuc dices videt ꝙ quantācūqꝫ māꝫ paruā hoīs aīa itellectiua poſſit iſormare: qꝛ aīa itellecti ua eſt tota in toto: ꝛ tota in qualibet pte: ꝛ per ꝯn̄s i qua libet parte materie eſt ipſa aīa itellectiua. ¶ Rn̄deo ꝛ di co ꝙ poſt ꝙ̄ incipit iſormare aliquā māꝫ bene iſormat māꝫ quantācūqꝫ paruā: ſed dicit aīam itellectiuaꝫ non poſſe iſormare quantācūqꝫ māꝫ paruā ſolam: ſic ꝙ iſtā informet ꝛ nullā aliā cum iſta. ¶ 2ᵃ ꝯcluſio ꝙ nō eſt da re minimaꝫ māꝫ in qua aīa itellꝰiua pōt manere poſtꝙ̄ eſt in ea: probatur: nam ſic ſequeret ꝙ eſſet dare vltimuꝫ inſtans rei permanētis in eē. ꝯn̄s eſt falſuꝫ ꝛ cōtra Ar.

Tex.cō.69. in 8° phyſicoꝝ: probat ꝯn̄tia: nam ſit mā minima per ad uerſariū in qua pōt manere aīa intellectiua a. ꝛ incipiat diminui in aliquo iſtanti ꝛ ſit hoc inſtans pn̄s: tunc ime diate poſt hoc aīa itellectiua nō iſormabit a. māꝫ: ꝑpter hoc qꝛ a. ante diminutiōeꝫ poſita erat minima: ſub qua poterat manere aīa intellectiua: ergo imediate poſt hoc hō qui mō eſt: nō erit. ꝛ per ꝯn̄s nūc vltimo eſt: ꝛ per ꝯſe quens a. iſtans eſt vltimū iſtans hoīs: qui ponit res per manens. ¶ 2° ad idē: ſi eſſet dare minimā māꝫ: ſub qua poſſit manere aīa itellectiua: ſit ergo iſta a. ſicut prius: tūc ſequit ꝙ poſſibile eſt aliquā reꝫ permanentē nō diutius durare ꝙ̄ per iſtans: ꝯn̄s eſt falſum: ꝛ ꝯtra nām rei pma nentis: ꝯn̄tia probat: nō ſit aliqua mā: que incipiat auge ri ꝯtinue donec ſit minima ex qua poſſit gn̄ari hō: ꝛ qn̄ eſt tanta tunc ecōuerſo diminuat tunc in illo iſtanti: qꝺ eſt finis augmentationis talis materie: eſt hō ꝛ imediate ante hoc nō fuit hō: nec imediate poſt hoc erit hō ex quo illa mā imediate poſt hoc erit minor cum in illo inſtanti ponat minima: ſub qua pōt manere aīa itellectiua: ꝛ per ꝯn̄s homo ille nō durabit niſi per inſtans ſi eſt dare mi nimaꝫ māꝫ ſub qua pōt manere aīa intellectiua. ¶ Ex his duabus ꝯn̄ibus ſequit correlarie hoīem ſub minori quantitate poſſe eē ſeu manere ꝙ̄ gn̄ari: qꝛ ſi modo pre dicto aliqua mā augeret donec ꝑus poſſet gn̄ari homo: ꝛ imediate prius illud inſtans gn̄ationis hoīs ecōuerſo diminueret tunc adhuc maneret hō. aliter enim eſſet da re minimā māꝫ in qua poſſit manere aīa itellectiua. cu ius oppoſitū dicit 2ᵃ ꝯcluſio. Ex ꝗ pꝫ correlariū. ¶ Sed forte dices. qn̄ in caſu ꝑdicto mā ecōuerſo diminuit: ꝛ aīa intellectiua adhuc eam iſormat: talis mā eſt ſufficiēter di ſpoſita qualitatiue: ꝛ quantitatiue: adhuc aīa itellectiua ipſam informat: ergo videt ꝙ ſili mō ſicut in augmenta tione eius deueniebat ad iſtaꝫ diſpoſitionē: ꝙ ſili mō aīa intellectiua potuiſſet eaꝫ informare ꝛ ex ea gn̄ari. ¶ Re ſpondetur negando ꝯn̄tiam: ꝛ huius rō eſt: qꝛ maior re quirit diſpoſitio ſub qua pōt res gn̄ari: ꝙ̄ ſub qua pōt res manere: iſtud patet: qꝛ nō in frigore ita intenſo puer pōt gn̄ari ſicut in quāto poſſit ꝑmanere poſtꝙ̄ genera tus eſt: nec aqua ex nā ita calida poſſet gn̄ari: ſicut poteſt manere poſt ꝙ̄ gn̄ata eſt. ¶ 3ᵃ concluſio eſt dare maximā māꝫ: ſub qua non pōt manere aīa intellectiua: ꝓbatur. nam eſt dare aliquā ſub qua nō pōt manere: ꝛ qualibet maiori datur minor: ſub qua pōt manere: ꝛ iſtam māꝫ inueniemus in primo inſtanti non eē hoīs: qn̄ homo corrumpit ex ꝯtinua diminutione ſue māe. ¶ Ex his tri bus ꝯn̄ibus patet: ꝙ eſt dare minimā quātitatē ſub qua poteſt gn̄ari homo: ꝛ tn̄ nō eſt dare minimā quantitateꝫ ſub qua poteſt manere: ſed bene maximaꝫ: ſub qua non poteſt manere homo.

Quantum ad ſecundū ſit ꝑma ſuppoſitio ꝙ ni hil alterat ſeipſum ab intrinſeco pri mo: patet: qꝛ tunc aliqd ſe diſponeret ab itrinſeco ad ſui corruptionē: qꝺ eſt falſum ex eo ꝙ qꝺlibet ens diligit ſe permanere: ꝛ etiā quia diſpoſitio alicuius ad ſui corru ptionem eſt ſibi violenta: ꝛ per ꝯn̄s eſt ſibi ab extrinſeco. Et notanter dico primo: qꝛ heterogenea bene habent in ſe principiū ſue alterationis: ſed nō primo: qꝛ vna pars bene alterat aliam: ſm ꝙ vna eſt calidior alia: vnde in ge neratione aīalis ex ſemine: vna pars bene alterat aliam: ꝛ ꝑpter hoc in generatione aīalis requiritur ſemen viri ꝛ ſemen mulieris: quoꝝ vnū eſt actiuū ꝛ aliud paſſiuuꝫ. ¶ 2ᵃ ſuppoſitio ꝙ agens nāle prius agit in propinquū ꝙ̄ in remotū. ¶ 3ᵃ ſuppoſitio ꝙ forme heterogeneorum alioꝝ ab homine ſunt diuiſibiles ꝛ extenſe ad extenſionē materie. ¶ Tunc ſit prima ꝯcluſio: ꝙ forma aſini vel ali cuius alteriꝰ heterogenei ab homine generat ſucceſſiue: hoc ꝓbatur: qꝛ eſt diuiſibile: vt patet per vnā ſuppoſitio nem. Et etiaꝫ quia materia ex qua generat alteratur ab extrinſeco: vt patet per primā ſuppoſitioneꝫ: ꝛ vna eius pars. ſ. que eſt ꝑpinquior agenti primo erit ſufficiēter di ſpoſita ꝙ̄ alia: vt patet per 2ᵐ ſuppoſitioneꝫ: ꝛ per ꝯn̄s de ea prius educitur forma aſini ꝙ̄ de alia: ꝛ ꝛ cōſimiliter ſic eſſet de forma hominis ſi poneretur eē diuiſibilis: ꝛ tn̄ ſi pars forme aſini prius educat de vna parte materie ſequitur formā generari ſucceſſiue: ſicut probatum eſt de forma aſini: ſic poſſet probari de forma capre vel alicuius alterius heterogenei ab hoīe. Sed diceret aliquis ſi gene ratio forme aſini eſſet ſucceſſiua ſequeretur ꝙ nō eſſet ge neratio ſimpler: nec generatio ſubſtantialis: ſed hoc fal ſum. probatur ꝯſequētia: quia generatio accidētalis vel ſm quid ſit ſucceſſiue: ſed generatio ſubſtātialis ſit in in ſtanti. ¶ Reſpōdet ꝙ aliquā generationē fieri ſucceſſiue pōt intelligi dupli͛. vno mō quo ad partes quātitatiuas ſubiecti: alio mō gradualiter: quo ad partes graduales: ꝛ tunc dico ꝙ gn̄atio ſbe nō ſit ſucceſſiue quo ad ptes gra duales: ex quo ſba nō eſt itenſibilis nec remiſſibilis. ſꝫ bn̄ gn̄atio ſbe ſit ſucceſſiue quo ad partes quātitatiuas ſbē: vt dictū eſt de gn̄atione forme aſini cuius vna pars gn̄at poſt aliā. ¶ 2ᵃ ꝯcluſio nō eſt dare minimā māꝫ de cuius potentia poteſt educi pars forme aſini vel equi. proba tur. nam ex quo forma aſini generatur ſucceſſiue per par tem poſt partem: ſequitur ꝙ non eſt ita modica mate ria de cuius potētia nō educatur pars forme aſini: quin ſit minor de cuius potētia educatur minor pars forme.

¶ 3ᵃ concluſio,

¶3ª concluſio ꝙ eſt dare minimã mãm: de cuius potentia põt educi forma ſbalis aſini ſeu fo:a ſufficiens ad hoc ꝙ cõpoſitũ ex mã ⁊ forma dicaꝛ aſinus: ꝓbaꝛ: ⁊ ꝑmo ſupponiꝛ ꝙ nõ ſub quãtitateq; modica quãtitate poſſit eſſe aſinus. ſub quãtitate enim grani milij nõ poſſet exercere operationes debitas aſini. ¶2º ſupponiꝛ ꝙ in gñatiõe aſini ſit dare pmũ inſtãs in quo eſt verũ dicere aſinus ẽ de aſina gñatus. Iſtis ſuppoſitis capiaꝛ mã ita modica: ꝙ ex ea nõ poſſit eẽ aſinꝰ: ⁊ ſit verbi gratia illa mã.a. quantitatis grani milij: augeaꝛ iſta mã ↄtinue donec poſſit ex ea gñari aſinus. Tunc ſic ex quo ꝑ ſcdaꝫ ſuppoſitionẽ eſt dare primũ inſtãs eẽ aſini. ſequiꝛ quãtitatẽ mãe: quã hꝫ in illo inſtãti eſſe minimã quãtitatẽ aſini: ex quo põt: nã ſi ex minori potuiſſet gñari aſinus: inſtãs datũ nõ fuiſſet primũ inſtãs eſſe aſini: tũc ſic eſt dare minimã mãm: ex q̃ põt gñari aſinus ⁊ non ex minori põt educi forma aſini ſufficiẽs: ad hoc ꝙ cõpoſitũ ex ea ⁊ mã dicaꝛ aſinus: ergo eſt dare minimã mãꝫ: ex qua põt gñari forma aſini ſufficiens ad hoc ꝙ cõpoſitũ ex ea ⁊ mã dicaꝛ aſinus. dico: nõne quodlibet cõpoſitũ ex mã ⁊ parte forme aſini dr aſinꝰ: dicaꝛ ꝙ nõ: imo nõ omne cõpoſitũ ex mã ⁊ aĩa intellectiua dr homo pꝫ de digito capto in forte. ⁊ ſilr eſt in aſino. ¶Sed diceres tu quodlibet tale eſt aĩal: ſed non videꝛ ꝙ ſit aliud aĩal q̃ aſinus: ⁊ hoc de pede eius vel capite aſini: nec caput hominis ſi eſt aĩal: eſt aliud q̃ homo aliq̃n: pꝫ qꝛ cuilibet cõpetit diffinitio aĩalis: cũ quodlibet illoꝝ ſit ſbã aĩata ſenſibilis. Rñdeꝛ negãdo ꝙ quodlibet illoꝝ ſit aĩal: q̃uis bene ſit pars aĩalis: ⁊ cũ d: ꝙ cuilibet corũ cõpetit diffinitio aĩalis: nego: ⁊ qñ dicaꝛ: diffinitio aĩalis eſt ſbã ſenſibilis ⁊c. dico ꝙ nõ eſt ita intelligẽda: ſed ẽ ſubſtãtia aĩata ſenſibilis totalis nõ exiſtẽs pars alicuiꝰ alterius: q̃d ſit vnũ per ſe. mõ hoc nõ cõuenit dictis partibꝰ. ¶Quarta ↄcluſio nõ eſt dare minimã mãm ſi qua põt manere forma aſini ſufficiẽs ad denominationem aſini: ſeu ꝙ cõpoſitũ ex ea ⁊ mã dicatur aſinus. probatur qꝛ aliter eſſet dare vltimũ inſtãs rei permanẽtis: q̃d eſt falſum ⁊ ↄ̃ Ar. 8º huius. ⁊ probaꝛ rõne qꝛ data aliq̃ re corrũpenda: certũ eſt ꝙ reſiſtentia ſua qua reſiſtit ſuo ↄ̃rio hꝫ latitudinẽ: ſeu eſt diuiſibilis: ⁊ ſucceſſiue corruptibilis: anteq̃ ergo illa res corrũpaꝛ illa res pmanet: ergo quocũq; inſtãti dato: in quo illa res eſt: adhuc poſt illud inſtans illa res erit: ⁊ per ↄ̃ñs nullũ eſt inſtãs rei permanẽtis: in quo illa vltimo ſit q̃uis bene ſit primũ inſtãs: in quo ipa res ꝑmo nõ eſt: ꝑma ↄ̃ñia ꝓbaꝛ: nã data aliq̃ mã quã tu dicis minimã: ſub q̃ poteſt manere forma aſini ſufficiens ad denominationem aſini: ⁊ incipiat illa mã aſini diminui in preſenti inſtãti: tunc ſi immediate poſt hoc inſtãs adhuc manet aſinus ſequiꝛ mãm datã nõ eſſe minimã: ſub cuius quãtitate aſinus põt manere. ſi aũt dicaꝛ: ꝙ immediate poſt hoc inſtãs aſinus nõ erit ſequiꝛ inſtãs preſens eſſe vltimũ inſtãs aſini: q̃d fuit ꝓbãduꝫ. ⁊ ſicut arguiꝛ de vna mã q̃ aduerſarij dicerent eẽ minimã: ſub cuiꝰ quãtitate põt mãere forma aſini: ita põt argui de q̃cũq; alia: quã dicerent eẽ minimã. ¶5ª ↄcluſio eſt dare maximam mãꝫ: ſub cuius quãtitate nõ põt manere aſinꝰ: ſeu forma aſini ſufficiẽs ad denominationẽ aſini: ꝓbaꝛ qꝛ eſt dare vnã mãm de qua verꝫ eſt dicere ꝙ ſub eius q̃titate non põt eẽ aſinus ⁊ cuilibet maiori illa daꝛ minor: ſub cuiꝰ q̃titate põt manere: ergo illa mã eſt maxima ſub qua non põt eſſe aut manere aſinus: ↄ̃ñia tenet: ꝑ qd noĩe: maxima ꝙ nõ poſitũ in pñº qõnis: poſt oppoſitũ: ⁊ illã mãm inueniemus cũ ex diuiſione materie peruenitur ad inſtãs: in quo primo aſinus nõ eſt: inuenitur quãtitas materie que eſt maxima ſub qua non poteſt manere.

vt ſupra

QUantum ad tertiũ eſt videndũ de homogeneis ſicut eſt os caro ⁊c. ⁊ ſit ꝑma ↄcluſio ꝙ nõ eſt dare minimã mãm de cuiꝰ poa põt educi forma carnis: hoc pꝫ ex quo forma carnis eſt diuiſibilis: ⁊ gñaꝛ ſucceſſiue: per ptẽ poſt ptem: ſequiꝛ ꝙ nõ de ita modica mã educaꝛ: qn de minori educaꝛ minor forma carnis: ⁊ ꝑ ↄ̃ñs per qd noĩs minimũ nõ eſt dare minimã mãm. ex quo ſequiꝛ: ꝙ nõ eſt dare minimã quãtitatem ſub qua põt gñari caro. ¶2ª cõcluſio nõ eſt dare minimaꝫ mãm de cuius potentia põt educi forma carnis ſufficiens: ad hoc ꝙ cõpoſitũ ex ea ⁊ mã dicaꝛ caro: hoc ꝓbaꝛ: qꝛ quacũq; data que eſt ſufficiẽs: adhuc minor illa eſt ſufficiens qꝛ quelibet eſt adhuc ſufficiẽs: eo ꝙ caro eſt vnuꝫ homogeneũ cuius quelibet pars nominaꝛ noĩe totius: naꝫ quelibet pars carnis eſt caro: ⁊ in hoc differũt homogenea ab heterogeneis. ¶3ª cõcluſio ꝙ eſt dare minimã carneꝫ nõ tendentem ad corruptioneꝫ in medio ſpecialiter adhuc circũſtante: patet: qꝛ poſito ꝙ ſit aliq̃ caro in potẽtia ſicut 2º ⁊ ſit in medio ſibi ↄ̃rio ſicut 2º: tunc iſta caro eſt in iſto medio: ⁊ manet in eo nõ tendẽs ad corruptioneꝫ ex quo tãta eſt eius reſiſtẽtia ſicut eſt actiuitas medij circũſtãtis per caſum: ſed quacũq; carne data minori ipſa non maneret in iſto medio ſine tendẽtia ad corruptioneꝫ: ex quo excederet a medio: ergo caro prior data erat minima potẽs manere in medio tali: niſi tunc alia ↄcurreret ad eius corruptionẽ: ſine tendẽtia ad corruptionẽ. ¶4ª cõcluſio nõ eſt dare minimã carnẽ nõ tendentẽ ad corruptioneꝫ exiſtenteꝫ in aliquo medio: loquendo de medio abſolute: ⁊ nõ circunſtante probaꝛ: nã data aliq̃ carne nõ tendẽte ad aliquẽ corruptionẽ in aliquo medio: eſt dare carnem minorẽ in vno alio medio q̃ minus actiuo nõ tendentem ad corruptionẽ. ſit eniꝫ caro vt duo in medio ſicut duo: nõ tendit ad corruptionẽ: nec caro: ſicut vnũ in medio ſicut vnũ nõ tẽdit ad corruptionẽ. ¶5ª cõcluſio: nõ eſt dare minimã carnẽ tendẽtem ad corruptionẽ: patet qꝛ quacunq; carne data tendẽte ad corruptionẽ eſt dare minorẽ puta eius medietatẽ tendẽtẽ ad corruptionẽ: ergo qñ Ar. dicit: ꝙ eſt dare minimã carnẽ tunc loquiꝛ: ſm Anaxago. vel ſm ꝙ eſt dare minimã carnẽ non tendẽtem ad corruptioneꝫ in medio ad hoc ſpecialiter circunſtante: vt ſuperius declaratum eſt.

AD rationes principales. ad primã cuius vis erat in hoc ſequereꝛ ꝙ nõ quecũq; mã eẽt receptiua cuiuſlibet forme: educibilis de potẽtia mãe vel partis eius: mõ aliq̃ mã poſſet eſſe ita parua ꝙ q̃tuis nõ poſſet recipere formã totalẽ aſini: tñ põt recipere ptẽ forme aſini: ⁊ dico educibilis de poa mãe ꝓpter aĩam intellectiuã que eſt indiuiſibilis: nec eſt educibilis de poa materie: ergo bñ cõcedo: nõ quãlibet mãm eẽ ipſius receptiuã: vnde aliq̃ mã poſſet eẽ ita pua: vt dicebaꝛ in ꝑ articulo: ꝙ nõ eẽt receptiua aĩe intellectiue: nec q̃ ptis eiꝰ cũ ipſa ſit indiuiſibilis. ¶Ad 2m ⁊ ad 3m pꝫ qd ſit dĩꝫ ex ↄ̃nibꝰ poſitis in 2º articulo. ¶Ad 4m dico: ꝙ ipſa bñ ꝓbat: ꝙ ex minimo ſenſibili aque gñenꝛ decẽ ſenſibilia aeris: ⁊ ꝙ ex vno ſenſibili aeris gñeꝛ decima pars minimi ſenſibilis ipſius aq: nec rõ arguit de minimo ſimplr ſed de minimo ſenſibili bene. ¶Ad 5m dico ꝙ bñ ꝓbat ꝙ nõ eſt dare minimã aquã tẽdentẽ ad corruptioneꝫ: in aliq̃ medio loquẽdo abſolute: cũ hꝫ tñ ſtat ꝙ ẽ dare minimã aquã nõ tẽdẽtẽ ad corruptiõeꝫ i medio ſpãlr circũſtante.

Tex. cõmenti. xxxviij.

¶Adhuc autẽ ſi oẽ qdẽ corpus remoto quodam ⁊c. Q̃õ. xj.

VNdecimo queriꝛ vtrum cuiuſlibet ſpeciei ſit dare maximã mãm ſub qua põt eſſe aliqd indiuiduum illiꝰ ſpẽi: ⁊ arguiꝛ ꝙ nõ: nã quãtuſcũq; ſit aliquis hõ: adhuc iſte homo põt nutriri ⁊ augeri ⁊ fieri maior: ergo ſub quacunq; quãtitate eſt aliquis homo adhuc ſub maiori põt eſſe: ⁊ per

ꝯſequens non eſt dare maximaȝ quantitatem ſub qua
pōt eſſe aliquis hō:⁊ ſic ſimilī modo arguitur de aſino ⁊
de equo ⁊ ſic de ſingulis. ¶ 2°: nam ſi eſſet dare maximā
quantitatē: ſub qua pōt eſſe homo: ſit igitur ſoꝛ. ſub illa
quantitate: tūc ſic. ſoꝛ. poteſt uerberari ⁊ ledi ſic ꝙ tume-
ſcat abſq; hoc ꝙ moꝛiatur: ſed quū tumeſcit ſit maioꝛ. er
go quantitas data nō erat maxima ſub qua poterat eſſe
homo. ¶ 3° ſequeretur ꝙ eſſet dare vltimuȝ inſtans rei
Tex.cõ.69. permanentis. ꝯñs eſt ꝯtra Ariſtotelē in 8° huius. ⁊ ꝓba
tur ꝯñtia: qꝛ ſit ſoꝛ. ſub maxīa quātitate ſub qua pōt eſſe
homo ⁊ icipiat tumeſcere ꝓpter vbera: vel aliqd hm̄ōi: tūc
inſtās in quo incipit tumeſcere eſt vltm̄ inſtās eſſe ſoꝛ. ex
eo ꝙ poſt illud inſtās mā ſoꝛ. erit ſub maioꝛi quātitate ꝗ̄
ſit maxima quantitas: ſub qua poteſt eſſe ſoꝛ. vel homo.
¶ 4° non eſt dare maximā quantitatē: ſub qua pōt eſſe
forma ignis. ergo q̄ſtio falſa: ꝯñtia tenet: antecedēs ꝓbaṫ
Tex.cõ.41 ꝑ Cōmentatoꝛem 2° de aīa dicentē ꝙ ignis augmētaretur in in-
finitum: ſi combuſtibile apponeretur. ¶ 5° mundus eſt indi
uiduū alicuius ſpēi: ⁊ nō eſt dare maximaȝ quātitatem
ſub qua pōt eſſe: ergo queſtio falſa. ꝯſequētia tenet: ante-
cedens pȝ quo ad primam eius parteȝ de ſe: ſed quo ad
2m partem probatur: quia quacunq; materia data vel
dabili: adhuc ſub maioꝛi poſſet eſſe mundus ſi deo pla-
ceretur: ergo videtur ꝙ nulla ſit maxima.

Tex.cõ.38. **In oppoſitum** videtur eſſe Ariſt. ca° ſecūdo
huius tractatus: neceſſe eſt au
tem. ⁊ Cōmentatoꝛ ſup ꝓmo hui° cōmē. 18. dicēs ꝙ res
nāles ſunt terminate in magnitudine ⁊ paruitate. Silr
Tex.cõ.41 Ar. 2° de aīa: dicens oium natura ꝯſtantiū eſt terminus
⁊ ratio magnitudinis: ⁊ augmenti. Ex quibus dictis vi
detur ꝙ de intentione Ar. ⁊ Cōmēta. fuerit res nāles eſſe
determinatas: maxima quantitate: ⁊ minima: ſub qua
poſſunt exiſtere. ¶ In iſta queſtione: primo ꝓſuppoſito
quid nois maximi ⁊ minimi: ex ꝑcedēte qōne ꝓmo po-
nam ꝯnes de hoterogeneis: ſicut ſunt: hō. leo. capra. Se-
cundo de homogeneis: ſicut ſunt ignis aqua ⁊c̄. ¶ Quā
tuȝ ad primū primo ponā ſuppōnes: deinde ꝯnes: ꝓma
ſuppoſitio ꝙ nō ſub quātitate quantūcūq; magna pōt
manere hō: aut generari: ſimilr dico de aſino ⁊ de alijs:
iſta ſuppoſitio videṫ eſſe de intentione Ar. ⁊ Cōmē. 3° celi:
vbi ponit differentiam: inter mixta ⁊ elemēta dicens: ꝙ
mixta rōne foꝛmarū ſuarum determinant ſibi certas fi-
guras: vnde homo non pōt eſſe ſpecie figure oino: ſed ele
menta rōne ſuaꝝ foꝛmarū nō determinant ſibi hō certas
figuras: ⁊ per ꝯñs heterogenea determinant ſibi certas
quātitates: ⁊ magnitudines: ⁊ per ꝯñs non ſub quanta-
cunq; poſſet eſſe hō: ⁊ hoc eſt qd̄ ſupponiṫ. ¶ 2a ſuppoſi-
tio ꝙ heterogeneoꝝ eſt dare ꝓm inſtās in quo eſt: ⁊ nunꝗ̄
ante illud ipm erat: ⁊ ſilr in generatione aſini ⁊ alioꝝ cō-
ſimiliū. ¶ 3a ſuppō eſt ꝙ nullius rei ꝑmanentis eſt dare
vltimū inſtans ſui eſſe: ſed bñ primuȝ nō eſſe: iſta ſuppō
aliqualiter patet ex ꝑcedenti. ¶ Tunc ſit ꝓma ꝯcluſio ꝙ
eſt dare maximaȝ quantitatē: ſub qua pōt generari hō:
patet: naȝ per primā ſuppoſitionē: nō ſub quātitate quā
tacūq; magna pōt eſſe hō: ⁊ per ꝯñs nec ḡnari: capiatur
ergo vna mā: ex qua ꝓpter eius magnitudinem nō pōt
ḡnari hō: ⁊ ſit. a. ⁊ diminuaṫ ꝯtinue donec ex ea poſſit ḡna
ri homo: tunc eſt dare ꝓm inſtās eſſe hoīs p 2m ſuppoſi-
tionem: ſequiṫ ꝙ quantitas illius materie: quam habet
pro illo inſtāti eſt maxima q̄ntitas: ſub qua pōt ḡnari hō:
qꝛ ſub illa ⁊ ſub nulla maioꝛi: quia ſub maioꝛi: tunc hō
prius fuiſſet ḡnatus: ꝗ̄ in illo inſtanti dato: ⁊ per ꝯñs in
ſtans datum non fuiſſet primum inſtans hominis: qd̄
eſt ꝯtra poſitū. ¶ 2a concluſio: ꝙ non eſt dare maximam
ꝗ̄ntitatē: vel quātitatē ſub qua pōt manere hō: hoc proba-
tur: qꝛ quacūq; data ſub qua eſt homo: adhuc ſub maio
ri pōt manere hō: qꝛ ſi nō: ſeq̄reṫ ꝙ eſſet dare vltm̄ inſtās
eſſe hominis. quod eſt ꝯtra 3m ſuppoſitionē: ꝯñtia pro-
batur: naȝ ſi ſit ſoꝛ. ſub maxima quantitate ſub qua pōt
manere. ⁊ incipiat tumeſcere in inſtāti ꝓñti. ſequiṫ ꝙ ime
diate poſt hꝰ inſtās nō erit: ⁊ ſic in inſtanti ꝓñti vltimo eſt: vl
ꝙ manebit ſub maioꝛi quātitate data: quā tu dixiſti eſſe
maximā: ſub qua poteſt manere homo. ¶ 3a ꝯcluſio eſt:
ꝙ eſt dare minimā quantitatē ſub qua nō poteſt mane-
re homo: ꝓpter eius magnitudineȝ: hoc eſt inter omnes
quantitates: ſub qbus nō poteſt eſſe nec manere homo:
propter earū magnitudines eſt dare minimā: ⁊ illā inue
niemus in ꝓ° inſtāti nō eē hoīs: quū coꝛrūpitur ꝓpt eius
nimiā augmentationeȝ ſue materie: verbi grā: poſito ꝙ
Soꝛ. ꝯtinue augeatur tam diu ꝙ ꝓpter eius nimiā ma-
gnitudinē coꝛrūpatur: tunc cū nō ſit dare vltm̄ inſtās eſſe
ſoꝛtis: opoꝛtet dare primum inſtans nō eſſe ſoꝛtis: tunc
q̄ntitas: quā habet mā pro illo inſtāti: eſt minima quāti-
tas: ſub qua nō poteſt eſſe ſoꝛ. nec aliquis hō: ꝓpter eius
magnitudinē: quia ſub illa nō poteſt eſſe: ⁊ qualibet mi-
noꝛi data datur maioꝛ. ſub qua potuit eē: ergo per expo
ſitionē minimi ꝙ nō: iſta eſt minima: ſub qua nō poteſt
eſſe hō. ſimiliter inter oēs quātitates ſub quibus nō po-
teſt eē aliquis hō: iſta eſt minima. Unde imaginādi ſunt
duo termini quantuȝ ſub quibus nō poteſt eſſe homo.
vnus ergo eſt verſus ſummū gradū extenſionis: qui ſit
b. ⁊ alius terminus verſus nō graduȝ extenſionis qui ſit
a. ⁊ ſit verbi grā. b. quātitas deceȝ pedū ⁊ a. quātitas vni
us pedis: ſic ꝙ ſub b. quātitate nō poſſit eſſe aliquis ho-
mo ꝓpter eius magnitudinē: ſed ſub qualibet quātitate
minoꝛi b. que eſt inter b. ⁊ a. ⁊ ſilr ſub nulla quātitate mi
noꝛi a. poſſit eſſe hō: ꝓpter paruitatē eius: ſed ſub quali-
bet maioꝛi a. que eſt inter b. ⁊ a. ¶ Iſta imaginatio ſtante
poteſt poni 4a cōcluſio. que eſt bene vtilis: ꝙ quantitas
media que eſt inter a. ⁊ b. media quidē pꝛopoꝛtionaliter
arithmetice vel geometrice eſt ꝯueniens quātitas ⁊ ſta-
Quantum ad ſcḋm:ſciendũ eſt ꝙ dupl̄r dr̄ efficiens producẽs.⁊ nõ ꝯſeruans.vt carpentarius põt dici cã efficiens domus:nõ tñ ꝯſeruans: ſicut eſt corpus luminoſũ reſpcũ luminis pducti in medio ab eo. ¶De efficiẽte ꝯſeruante nota ꝙ capitur trib⁹ modis.quoꝝ duo primi ſunt ĩpropꝛij:tertius vero proprius. vnde primo modo dr̄ aliquod ꝯſeruans: non ꝙ aliquid agat in ꝯſeruatũ:ſed ꝯſeruatũ in eo diutius durat:pp̄ quod ibi exiſtens eſt magis elongatũ a ſuis ꝯ̃rijs corruptibilibus iſto modo:locus dr̄ ꝯſeruans: ⁊ hoc eſt dum eſt locus nãlis locati. Scḋo modo dr̄ ꝯſeruans aliculus:quod ꝓhibet corruptiua illius:⁊ miniſtrat cõuenientia iſtius:⁊ iſto modo gubernator nauis dr̄ conſeruans nauẽ. ¶3° mõ accipiẽdo ꝓprie ꝯſeruãs dr̄ eẽ illud a quo effectus dependet in eẽ:⁊ ꝯtinue ĩfluit ad ei⁹ effectus ꝯſeruationẽ itaꝙ illo ꝯſeruãte ammoto:vel illa influentia attracta effectus ille deſinit eſſe. Iſto mõ luminoſũ videt ꝯſeruãs reſpectu luminis acti in medio ab eo: ita prima cã dr̄ ꝯſeruans reſpectu alioꝝ oium ab ipſo:⁊ ſic accipiẽdo ꝯſeruãs ſit iſta pma ꝯcluſio:ꝙ tale ꝯſeruãs: vel tale efficiẽs nõ mouet:ex eo ꝙ ꝯſeruat:pꝫ hoc:naꝫ ex eo ꝙ corpus luminoſũ ꝯſeruat nõ opꝫ ꝙ moueat. ¶2ª ꝯcluſio:nec opꝫ ꝙ effect⁹ moueat:ex eo ꝙ ꝯſeruat: pꝫ de lumine a corpore luminoſo:ex his pꝫ ꝙ ꝯſeruatio nõ eſt motus:nec ꝯſeruare eſt mouere:nec ꝯſeruari eſt moueri. ¶3ª ꝯcluſio eſt:tale agens propꝛiſſime eſt cã:pꝫ hoc:qꝛ a tali agente nõ ſolũ dependet effectus in fieri:ſꝫ etiã in facto eẽ. ¶2ª ꝯcluſio:nõ eſt poſſibile ꝙ talis effectus pducatur ab vno agẽte ⁊ ab alio cõſeruet:pꝫ hoc de lumine: nõ enim eſt poſſibile ꝙ idẽ lumen pducatur ab vno corpore luminoſo:⁊ ab alio ꝯſeruat:ſꝫ ab illo met. ¶5ª ꝯcluſio tale agens nõ agit ſuũ effectũ per motũ.quantũ eſt de ſe:pꝫ hoc:naꝫ ſi aliqḋ corpus luminoſum:crearet de nouo in aliquo medio:tunc circa ipm̃ eẽt aliqḋ lumen:imo talia agentia ſunt talis nature:ꝙ ad coꝝ productionẽ eſt effect⁹ pñs:ſi ſint agentia per voluntatẽ. ¶Ex hoc ſequit ꝙ illuminatio medij:quantũ eſt ex pte actionis corporis luminoſi:⁊ etiã ex pte luminis:fieret ſubito:niſi aliunde fieret ſeu pueniret ſucceſſio. ¶6ª ꝯcluſio:talis effectus in primo inſtanti in quo cauſat nõ magis dependet ab illo agente:ꝗ̃ ꝯtinue poſt:pꝫ de lumine:naꝫ nõ maiorẽ conatum hꝫ a corpore luminoſo ꝯſeruari in primo inſtanti:ꝗ̃ poſt:ſi ī mundus in pmo inſtanti:in quo cauſabatur:nõ magis dependebat ab eo:ꝗ̃ nunc dependeat. ¶7ª ꝯcluſio:ꝙ poſſibile eſt:imo de facto eſt ꝙ aliqḋ eternũ dependeat ſic ab aliquo agẽte:pꝫ ſic de intelligẽtijs:que ſꝫ pħm ſunt eterne:⁊ ſic dependent a prima cã:pꝫ per vnam auctoritatẽ:que dic̃t eſſe auguſt. Si pes ſteriſſet ab eterno in puluere:ab eterno fuiſſet cã veſtigij:ſic ꝙ illud veſtigium ab eterno dependiſſet a pede:ſi pes ſteriſſet in puluere. ¶De agente vero non conſeruante ⁊ producente ſit prima ꝯcluſio. Non eſt ita ꝓpria cã:ſicut cã ꝯſeruans:pꝫ ex eo ꝙ ab illo ſolũ dependet effect⁹ in fieri:⁊ nõ in facto eſſe. ¶2ª ꝯcluſio rerũ ſucceſſiuaꝝ:ſi alique ſunt tales:idẽ eſt agẽs pducens:⁊ nõ ꝯſeruans pꝫ de motu. ¶Adhuc ergo notandũ eſt de cã agẽte pducẽte:⁊ ꝯſeruante: vnde ſciendũ eſt ꝙ pducens ⁊ nõ ꝯſeruans:⁊ pducens ⁊ ꝯſeruans:ſic differunt ꝙ cauſa pducens nõ ꝯſeruans pducit effectũ ſuũ ſucceſſiue:vt patere põt de quolibet tali:diſponit eniꝫ pmo mãm:⁊ poſtea pducit effectũ:cauſa aũt pducens ꝯſeruans pducit ſuũ effectũ abſqꝫ hṁ ſucceſſione:vnde corpus luminoſum:non agit ſucceſſiue lumen in medio:ſic ꝙ primo diſponat mediũ.⁊ poſtea agat lumen:ſciendũ tñ ꝙ cũ agẽs ꝯſeruãs pducit aliquẽ effectũ cũ agẽte pducente nõ ꝯſeruãte:tũc bñ agit ſucceſſiue:ſicut qñ pma cã cũ domificatore agit domũ. ¶Alia eſt differentia:qꝛ pducẽs:⁊ efficiẽs nõ ꝯſeruãs pcedit ſuũ effectũ in tpe:hoc tñ nõ opꝫ in agẽte ꝯſeruante:ſi eniꝫ aliqḋ corpus luminoſũ de nouo crearet in aliquo medio:tũc ita cito ſicut ipm̃ eẽt ita cito lumẽ eẽt pductũ in medio exiſte pꝑe ipm̃:iſta dñia pꝫ ex prima dñia:qꝛ agens pducẽs nõ ꝯſeruans:agit effectũ ſuũ cũ motu:⁊ ſucceſſiue:agẽs aũt ꝯſeruans nõ. ¶3ª dñia eſt ꝙ agẽs ꝯſeruans põt pducere effectũ eternũ:ſed agens pducẽs nõ ꝯſeruãs:nõ.pꝫ ex 2ª dñia: nam ex quo agens ꝯſeruãs nõ pcedit effectũ tpe:ſeqt ꝙ poſſit eẽ effect⁹ etern⁹:ſi eẽt aliqḋ agẽs ꝯſeruãs eternũ:ſꝫ cã efficiẽs pducẽs nõ ꝯſeruans:pcedit ſuũ effectũ tpe:ſequitur effectũ ei⁹ nõ poſſe eẽ eternũ:pp̄ hoc ꝙ illud qḋ pducitur ab aliq̃ in tpe nõ eſt eternũ. ¶4ª dñia ꝙ ſemꝑ agens pducẽs nõ ꝯſeruans:qñ agit:tũc agit in virtute alterius agẽtis puta cõſeruãtis:ſic aũt nõ eſt de agẽte ꝯſeruãte:qꝛ agens ꝯſeruans põt pducere aliquẽ effectũ:abſqꝫ hoc ꝙ ad talis effectus pductionẽ ꝯcurrat agens in pductione nõ ꝯſeruante. ¶5ª dñia ꝙ effectus põt manere corrupto agẽte pducẽte nõ ꝯſeruãte:ſꝫ nõ põt manere agente ipm̃ ꝯſeruante corrupto:pꝫ:qꝛ fili⁹ põt manere corrupto patre:ſꝫm ꝙ pꝫ: ſed lumen nõ põt manere in medio corrupto corpore luminoſo ⁊c̃.

Ad rationes principales rñdet. Ad pmã quã dicebat cã ⁊ effect⁹ ſũt ſimul:⁊ nõ ſemꝑ ſunt:ħ intelligit de cã efficiẽte ꝯſeruante ⁊ de effectu imediato ipſius efficiẽtis.mõ fili⁹ nõ eſt effect⁹ imediat⁹ ipſius pñs:nec pr̄ eſt efficiẽs ꝯſeruatiuus filij:vñ pr̄ multos facit motus ⁊ actiones mediantib⁹ qb⁹ ſit diſpoſitio ad gñationeꝫ filij. Quoꝝ motuũ pr̄ magis fuit imediata cã ꝗ̃ filij. ¶Ad 2ᵐ dico ꝙ ꝯſeruans ⁊ efficiens eſt cã qñ agit nõ ꝯtinue a cã efficiẽte ſit:ſed efficiẽs pducẽs nõ conſeruans eſt cauſa efficiẽs:⁊ qñ effect⁹ nõ eſt:⁊ qñ illud efficiens adhuc agit:⁊ qñ dicebat ꝙ cã ⁊ effect⁹ dñr adinuicẽ correlatiue:ſeqt ꝙ qñ cã eſt:⁊ effect⁹ eſt:nego:ſꝫ bñ eſt vel erit ⁊ ħ ſufficit ad ħ vt dicant correlatiua adinuicẽ. ¶Ad 3ᵐ quã dicebat ꝙ efficiẽs dꝫ eẽ nobili⁹ effectu:ħ dꝫ intelligi de effectib⁹ pncipalib⁹:ſꝫm ꝙ ſunt celũ ⁊c̃. Q̃ō.xj.

Queritur vtrũ de aliquo ſit euidẽs ꝙ ipm̃ ſit efficiẽs pducẽs: verbi grã:vtrũ de igne ſit euidẽs ꝙ ſit pducens calorẽ:quẽ ſentio quã ſuꝫ circa ipm̃:⁊ arguo pmo ꝙ nõ:nã de alio calore dubiuꝫ eſt mihi an pus erat:ſeu an ſit pducẽs:vel nõ:ꝗ de q̃cũqꝫ eſt mihi dubiũ an ipꝫ ſit efficiẽs illi⁹:ꝯñia nota:añs pbat:nã nõ obſtãte ꝙ ille calor de nouo appareat eẽ:tñ dubiũ eſt an ipſe pus erat:imo an ipſe ab eterno erat:nã nõ:ſeqt ħ pus nõ apparuit eſſe:ꝗ ħ pus nõ erat: multa.n.pñt eẽ abſqꝫ ħ ꝙ appeant eẽ ⁊c̃. Cõſimili mõ pbaret nõ eẽ nobis euidẽs aliqḋ gñari vel corrũpi:diceret tũc aduerſari⁹ quãcũqꝫ reꝫ ab eterno fuiſſe:vel ĩ eternũ durare ꝗ̃uis aliqñ ſit apparẽs:⁊ aliqñ occulta ⁊ abſcõdita. ¶2° naꝫ adhuc ꝯceſſo ꝙ ſit aliqs effect⁹ pduct⁹ de nouo ꝗ̃uis ſit bñ nobis euidẽs ꝙ eſt aliqḋ efficiẽs pducẽs illi⁹

effectus:tñ adhuc quocũq; ente demõſtrato dubiũ eſt
nobis an ipm ſit hoc qḋ eſt efficiens pducens illius effe-
ctus:verbi gratia:q̃uis bene ſciam ꝙ aliquis te gñauit:
tamen de nullo ſcio ꝙ generauit te:ꝛ per ↄ̃ſequens du-
bium eſt mihi ꝛc̃.

In oppoſitum arguit̃ per dicta in queſtio-
ne pcedẽti. Iſta queſtio mo
ta eſt:vt videant̃ adhuc q̃daꝫ modi cauſe efficiẽtis:in pre
cedenti q̃one viſa erat vna diuiſio efficiẽtis.ſ.ꝙ efficiẽs
q̃dam eſt pducens non ↄ̃ſeruans:quoddã pducens ꝛ
ↄ̃ſeruans. Nũc aũt in iſta q̃one reſtant videri alij modi
cauſe efficientis:qui apparent ex quadruplici diuiſione.
Unde eſt vna diuiſio:ꝙ cauſarũ efficientiũ:quedã dicit̃
efficiens principalis:ꝛ quedaꝫ minus principalis ꝛ hoc
cauſaꝝ eſſentialr̃ ordinataruꝫ:ꝛ vocant̃ cauſe efficientes
eſſentialr̃ ordinate:iter quas eſt vna prima:virtute cuius
ille agunt:ꝛ qua ceſſante agere:alie ceſſant agere:ſed non
ecõuerſo.mõ illa que eſt pꝛima iter illas dr̃ cã efficiẽs prin
cipalis ꝛc̃. Alie dicunt̃ cauſe efficiẽtes minus pꝛincipales:
ꝛ poſſet adhuc exemplificari:ſicut ſi eẽnt decẽ rote ſe adin
uicem ↄ̃cludentes:ſic ꝙ mota prima:moueret̃ 2ª.ꝛ mo-
ta 2ª:moueret̃ tertia:ꝛ ſic vltra:ꝛ 2ª nõ mota adhuc poſ-
ſet prima moueri:ꝛ ſic moueri:ꝛ ſic vltra pꝓportionabilr̃
ter:ſicut ſe hñt iſte rote:quantũ ad mouere ꝛ moueri ita
imaginãdũ eſt ſe hr̃e cauſas eẽntialr̃ ordinatas:iter quas
prima dicit̃ principalis:alie vero minus principales:ſilr̃
poſſet exemplificari ſicut ſi aĩa moueret manũ:ꝛ manus
moueret lapidẽ ꝛ lapis moueret aerem. ¶ 2° ſciendũ ꝙ
cauſaꝝ agentiũ:quedã ſic ſe hñt:ꝙ cuiuſlibet earũ virtus
concurrit ꝛ attingit ad effectũ:ꝛ omnes iſte ſolent voca-
ri cauſe agẽtes principales:q̃uis nũ ſm magis ꝛ minus:
ita ꝙ vna earũ vocatur magis principalis:alia vero mi
nus:verbi grã:in deſcẽſu grauis:forma ſb̃alis ipſius gra
uis ꝛ ſupcęleſtia dicunt̃ cauſe principales:ſupcęleſtia di-
cunt̃ cauſe magis principales:forma vero ſb̃alis dr̃ cauſa
minus principalis. Alie ſunt cauſe agentes:quaꝝ virtus
nõ ↄ̃currit:nec attingit ad effectũ:ſicut inſtrũ:iſto mõ di
cimus ꝙ cultellus eſt cã efficiẽs ſilr̃ inſtrũalis:eſt enim in
ſtrumentũ:mediante quo cã : vel agentia principalia fa-
ciunt graue deſcendere. Et ſic duplex eſt inſtrũm.ſ.ſepera-
tum:ſicut cultellus:ꝛ ↄ̃iunctũ ſicut acuties eius:ꝛ ſimili-
ter grauitas ipſius grauis:ita ſilr̃ dicunt̃ cauſe efficiẽtes
inſtrũales.ſ.ↄ̃iuncte ꝛ ſeperate. ¶ 3° ſciendũ ꝙ iter cauſas
eſſentialr̃ ordinatas:omnes cauſe agentes:preter primaꝫ
dicunt̃ quẽadmodũ inſtrũales:dicunt̃ tñ principales reſpe-
ctu agentiũ mere inſtrũaliũ:verbi grã:q̃uis aĩa dicat̃ cau
ſa efficiens inſtrũalis quodãmodo reſpectu cauſe prime:
dr̃ tñ cauſa efficiẽs principalis reſpectu caloris nãlis:qui
eſt cauſa efficiẽs mere inſtrũalis ipſi° digeſtionis. ¶ Tunc
ſit prima ↄ̃cluſio ꝙ in cauſis agẽtibus eẽntialr̃ ordina-
tis:omnes pter primã agunt in virtute pꝛime:pꝫ per Ar.
in 8° hui° ꝛ in 2° meta͛.ꝛ de hoc poſſet imaginari ſicut
dictũ eſt de rotis:ꝛ etiam ſicut dictũ eſt de lucido lumine
primario:ꝛ lumine ſecũdario in virtute corporis lucidi.
¶ 2ª ↄ̃cluſio ꝙ iter oẽs cauſas vniuerſi pꝛima cauſa eſt cã
efficiẽs ↄ̃ſeruationis in fieri ꝛ in facto eſſe:tam cauſaꝝ q̃ꝫ
effectuũ. pbatur:nam aliter:nõ oĩa alia dependerent ab
ea:qḋ eſt ↄ̃tra Cõmentatorẽ pꝛimo celi.ꝛ ſilr̃ cõtra Ar. qui
dicit ꝙ a primo quidẽ ente oĩa deriuata ſunt eẽ ꝛ viuere
his quidẽ clarius:his quidẽ obſcurius ꝛc̃. ¶ 3ª ↄ̃cluſio:
prima cã aliquẽ effectũ põt agere ſine alijs:alie nõ pñt ſi-
ne ea:pꝫ qꝛ agit primũ motũ abſq; hoc ꝙ ad hoc alie cau
ſe ↄ̃currant:alie aũt cauſe nihil agunt:nec agere pñt ſine
prima cã recte:ſicut lux bene poteſt videri ſine colore:co-
lor aũt nõ põt videri ſine lumine:ex eo ꝙ pducit̃ ꝛ ↄ̃ſer-
uatur a lumine. Ex hoc ſequit̃ ꝙ q̃ꝫ cito prima cã ſuſpen
deret actionẽ ſuaꝫ:tam cito oẽs alie cauſe deſinerent age-
re ꝛc̃. Ex predictis ſequit̃ ꝙ iter oẽs cãs eſſentialiter ordi
natas q̃to aliqua eſt pꝓpinquior pꝛime:tãto eſt nobilior:
pꝓpter hoc ꝙ nõ agit in virtute cauſaꝝ ſequentiũ:ſed cau
ſe ſequẽtes agunt in virtute illius. Sequit̃ vlterius ꝙ in
ter oẽs cauſas de iſtis cauſis inferioribus volũtas huma
na eſt cã nobilior:pꝫ qꝛ imediate dependet a prima cã:ꝛ
non eſt ſubiecta corporibus ſupcęleſtibus ſicut ſunt alie
cauſe inferiores. Sequit̃ vlterius ꝙ q̃nq; cauſa principa
lis nõ põt agere ceſſante inſtrũali:pꝓpter hoc tñ nõ depen
det ab ea. Uerbi grã:abſq; inſtrũo aliquis nõ põt:ꝛ tamẽ
pꝓpter hoc nõ depẽdet ab eo:ꝛ eſt ſciendũ:ꝙ nõ opꝫ ſemp
effectũ aſſimilari cauſe principali:ſed vt plurimũ aſſimi
latur cauſe minus principali. Uerbi grã ſicut cuꝫ ignis
pducit ignẽ:effectus nõ aſſimilat̃ pꝛime cauſe.ſed cauſe ſe
cunde ꝛ minus principali puta igni.ſilr̃ effectus aliquã
do aſſimilat̃ cauſe inſtrũali que eſt mere inſtrumẽtalis:ſicut
qñ ignis pducit caliditatẽ:tunc effectus non aſſimilatur
igni.ſꝫ caliditati ignis:que dicit̃ effectus mere inſtrũalis.
¶ Iſto viſo reſtat videre de vna alia diuiſione efficiẽtis:
ꝛ eſt ꝙ cauſe efficiẽtes:quedã vniuerſales:q̃dam particu
lares. Uniuerſales vero nõ dicunt̃ vniuerſales i pdican
do:ſed in cãlitate.nec ad hoc ꝙ aliqua dicat̃ cã vlis ſuffi
cit ꝙ ſit pluriũ effectuũ:nam ignis bñ eſt cã pluriũ effe-
ctuum.ſ.calefactionis ꝛ deſiccationis ꝛ mouẽdi ſurſum.
Et tamẽ nõ dicit̃ cauſa vlis:ſed particularis. Cauſa autẽ
efficiens dicit̃ vlis:qꝛ eſt pductiua pluriũ effectuum in-
differenter:ſed ꝙ pducit vnuꝫ effectũ:ꝛ nõ alium ad hoc
determinat̃ per vnã aliaꝫ cãm. Uerbi grã:ꝙ celeſtia cor-
pora pduxerunt te in eẽ:ad hoc determinabant̃ per pa-
trem tuũ:qui te genuit ꝛc̃. Cauſe aũt efficiẽtes particula
res dicunt̃ per quas ſit hõ determinatio. Ex iſto ſequitur
aliquã eẽ cauſam vniuerſalẽ ꝛ pticulareꝫ reſpectu diuer
ſorum. Uerbi grã:ſicut itelligẽtia aliqua citra pꝛimã dici-
tur cauſa vl̃is reſpectu iſtoꝝ inferioꝝ ꝛ dr̃ pticularis re-
ſpectu mor° ſui orbis. ¶ Tunc r.ſtat alia diuiſio.q̃daꝫ di
cunt̃ cauſe efficientes imediate alicui° effectus.ꝛ quedaꝫ
mediate imediate dicunt̃:inter quas ꝛ effectuꝫ nõ eſt ali
qua cã efficiens media:ſeu que iter oẽs cãs efficientes ali
cuius effectus incipiendo a prima cã:eſt vltima ſicut lux
dicit̃ cauſa efficiens imediata luminis:qꝛ poſt lucem nõ
ſequit̃ alia cã efficiẽs pductiua luminis:ſed cauſe efficiẽ-
tes mediate dicunt̃ tripliciter:vno mõ:qꝛ nõ eſt localiter
ↄ̃iuncta effectui. ¶ 1° qꝛ de ſe eſt indeterminata ad pdu
ctionẽ talis effectus:ſed determinat̃ ad hoc per vnã aliaꝫ
cauſaꝫ. ¶ 3° qꝛ eius actiuitas nõ attingit vſq; ad effectũ:
ſed mouet aliam cãm:ꝛ poſt alia mouet aliam:nec tamẽ
in virtute illius. ¶ Tunc ſit prima ↄ̃cluſio ꝙ celũ ꝛ itelli-
gentie ſunt cauſe efficientes iſtoꝝ inferioꝝ mediate:pꝛimo
ꝛ 2° modo:patet quia nõ ſunt ↄ̃iuncte iſtis inferioribus
per alias cauſas pticulares. ¶ 2ª ↄ̃cluſio accipiẽdo ime-
diate put diſtinguit̃ ↄ̃tra mediate tertio mõ accepte. In-
telligẽtie ꝛ celũ dicunt̃ eẽ cauſe imediate ſuoꝝ inferiorũ:
pꝫ quia virtus:ꝛ actiuitas iſtoꝝ attingit vſq; ad iſta infe
riora:verũtñ nõ debent dici eſſe imediate pro cauſis: iter
quas ꝛ eoꝝ effectus nõ ſunt alie cauſe ſequẽtes ꝛc̃. ¶ 3ª
ↄ̃cluſio alique ſũt cauſe efficiẽtes mediate:accipiẽdo me-
diate tertio mõ:pꝫ:qꝛ talis eſt cã efficiẽs ignẽ applicans
ꝛ ponẽs ligna ad ignẽ:ꝛ talia dñr entia nõ influentia in
effectũ. ¶ Tunc reſtat talis diuiſio cãe efficientis:q̃daꝫ di
citur cauſa totalis:q̃daꝫ ptialis. Unde dico ꝙ qñ plures
cauſe ſubordinate ↄ̃currunt ad pductionẽ alicuius:que
libet illarum cauſaꝝ dicit̃ cauſa totalis illius effectus:pa
tet qꝛ a qualibet illaꝝ cauſaꝝ depẽdet ille effectus ꝛ hoc
a qualibet illaꝝ in ſuo ordine . ꝛ ex hoc ſequit̃ ꝙ ſi ignis
pducat aliũ ignem:tunc ignis pducens dicit̃ totalis cau
ſa ignis pducẽdi q̃uis ad hoc etiã concurrant alie cauſe:
quaruꝫ quelibet dicit̃ cauſa totalis effect°. ¶ 2° dico ꝙ ſi
plures cauſe nõ tñ ſubordinate ↄ̃currunt ad pductionẽ
vnius effectus:ille effect° totus depẽdet a qualibet illaꝝ
cauſarum;

cauſarũ: ſed nõ totaliter: ſed partialiter nõ demõſtando partes effect⁹: ſed ptes cauſe: verbi grã: ſi decem hoĩes trahunt nauez: nõ eſt imaginanduz ꝙ vna pars nauis trahatur ab vno hoĩe: ⁊ alia ab alio: ſed imaginanduz eſt ꝙ quelibet pars nauis trahaẜ a quolibet iſtoꝝ: nõ ꝙ ꝗlibet virtus coꝝ ſit tota virtus trahens nauẽ: ſꝫ quelibet iſtoꝝ eſt pars totalis per quã trahiẜ nauis: ſilr mõ eſſet ſi decez hoĩes leuarent vnũ lapidez quẽ neuter coꝝ ſolus poſſet leuare. ¶ 3° dico ꝙ ſi plures cauſe efficiẽtes ꝯcurrunt ad aliquẽ effectuz nõ ſubordinate: nec tũc vna pars effectus dependet ab alia: verbi grã: ſicut qñ vna medietas ignis pducaẜ ab vno igne: ⁊ ab alio alia. Sic ergo viſuz ſit ſufficienter de aliq̃bus modis cauſe efficiẽtis: quantuz eſt de rõne ad queſituz poteſt dici ſicut dicebaẜ in alia q̃õne: ꝙ ꝗ̃uis hoc nõ ſit nobis euidẽs: euidentia ſũma: tñ hoc eſt nobis euidẽs euidẽtia nãli: ſeu euidentia que ſufficere dꝫ nãli. ¶ Ad auctoritates quid ſit dicenduz patet ex dictis in queſtione.

Queſtio xij.

QUeritur duodecimo vtrũ ꝯſimilis ſit ꝓportio effectuũ adinuicẽ qualis eſt ꝓportio cãrum agentiũ adinuicẽ. Et arguiẜ pmo ꝙ nõ: nam ſi ſic tunc ſi .a. ignis eẽt duplex ad .b. tunc etiã effectus .a. eẽt duplus ad effectuz .b. Sed hoc eſt falſum: qꝛ poſſibile eſt ꝙ .a. agens ſit duplũ ad .b. agens: abſq; hoc ꝙ effect⁹ .a. agẽtis ſit duplus ad effectũ .b. agentis: qđ pbaẜ: qꝛ ꝓportio velocitatũ que qdem velocitates ſunt effect⁹ agentiũ: nõ ſeqtur ꝓportionẽ agentiũ adinuicem: ſꝫ magis ꝓportionez agentiũ ad ſuas reſiſtentias: vt hꝫ videri ſeptimo huius: vnde ſit agens .a. vt ſex. ⁊ .b. agens: vt tria: ⁊ vtriuſq; reſiſtentia ſit vt vnũ: tũc .a. eſt duplũ ad .b. ⁊ tñ velocitas: qua .a. agit in .c. reſiſtẽtiaz nõ eſt dupla ad velocitatẽ: qua agit .b. in ꝯſimilẽ reſiſtentiã: pꝫ hoc ꝙ ꝓportio .a. agẽtis ad .c. reſiſtentiam nõ eſt dupla ad ꝓportionẽ .b. agẽtis ad cõſimilem: ſed minor ꝙ̃ dupla: qđ pꝫ: qꝛ ꝓportio ſex ad vnũ cõponiẜ ex ꝓportiõe ſex ad tria: ⁊ triũ ad vnũ: mõ qꝛ ꝓportio ſex ad tria eſt minor ꝙ̃ ſit ꝓportio triũ ad vnũ: qꝛ prima eſt dupla: 2ª tripla: ergo ꝓportio ſex ad vnũ eſt minor ꝙ̃ dupla: ad ꝓportionẽ triũ ad vnũ: qꝛ qñcũq; aliqđ totũ cõponiẜ ex duab⁹ ptib⁹: quaꝝ vna eſt minor: ⁊ alia maior: tunc illud totũ ad partẽ minorẽ eſt plus ꝙ̃ duplum: ⁊ ad partẽ maiorẽ minus ꝙ̃ duplũ. Ex quo finalr cõcludiẜ ꝓportionẽ ſex ad vnũ nõ eſſe duplã: ad ꝓportionem triũ ad vnũ: ſed minus ꝙ̃ duplã: ⁊ per ꝯñs velocitatem qua ſex agunt in vnũ nõ eẽ duplã ad velocitatẽ: qua tria agunt in vnũ: ⁊ per ꝯñs nõ eẽ ꝯſimilem ꝓportionẽ effectuũ inter ſe: qualis eſt ꝓportio cauſarũ īter ſe ergo ⁊c.

In oppoſitum arguiẜ. ſic ignis duplus ad aliqđ calidũ ſubduple caliditatis aſſimiſlando ſibi effectũ: pducit duplũ effectũ: ad effectũ quẽ pducit calidũ ſubduple caliditatis aſſimilãdo ſibi effectũ: ergo pꝫ eſt tanta ꝓportio effectuũ pductorum: quãta eſt ꝓportio cauſaꝝ agentium. ¶ In queſtione pmo ponam aliquas diſtinctiones. 2° ꝯnes.

Quantum ad pmũ eſt ſciendũ ꝙ agentia pñt adinuicẽ cõparari: vel penes eorum intenſionẽ: vel penes eoꝝ extenſionẽ: vñ pñt hĩc vnã proportionẽ adinuicẽ penes itenſionẽ: ⁊ aliã penes extenſionem: ⁊ ſilr eſt dicẽdũ de effectibus: ⁊ ſm hoc queſtio põt intelligi vno mõ vtrũ ſit ꝯſimilis ꝓportio effectuũ in itẽſione: qualis eſt ꝓportio agẽtium in itenſione. 2° põt intelligi vtrũ ſit ꝯſimilis ꝓportio effectuũ in extẽſione: ſicut eſt ꝓportio agẽtiũ in extẽſione: ⁊ de vtroq; vidẽdũ eſt in q̃õne. ¶ Eſt diſtinctio: ꝙ effect⁹ põt ſumi duplr: vno mõ p actione vel mõ pducẽdi: quo formalr ipm agẽs agit rez aliquã ⁊ ſic velocitas ipſius mot⁹ dĩ effect⁹ illius agẽtis. ¶ 2° mõ põt capi effect⁹ pro re que p illũ effectũ pducaẜ: ⁊ ſic dicim⁹ ꝙ caliditas eſt effect⁹ illius calidi: ⁊ de vtroq; iſtoꝝ ponunẜ ꝯnes. ¶ Eſt 3ª diſtinctio ꝙ tripl'r poſſum⁹ imaginari fieri actionez: vno mõ dĩo ſine reſiſtẽtia: ſicut forte eſt actio celi: qua influit ĩ iſta īferiora: vñ nõ põt dici ꝙ tali influentie reſiſtat denſitas: qꝛ ſi ſic talis influentia nõ multiplicareẜ vſq; ad iteriora terre ita in ꝓfundum: ſicut multiplicaẜ. ¶ 2° mõ põt imaginari actio cũ reſiſtentia: que tñ nõ corrũpiẜ per hanc actionẽ ſicut eſt illuminatio medij: nam denſitas talis medij in iſta actione eſt reſiſtẽtia ⁊ nõ corrũpiẜ per talẽ actionẽ: niſi hoc ſit accñtalr ſeu cõſecutiue: ſic ⁊ forte lumẽ pducat calorẽ cuius eſt rarefacere: vñ ſi aliqđ lumen pduceref in aliquo medio abſq; hoc ꝙ illud lumen carẽt calorẽ: tũc illud me[di]ũ nõ fieret minus denſum: pꝫ hoc ꝙ in ipſo pduceret hoc lumen. ¶ 3° modo põt imaginari fieri actio cum reſiſtẽtia: que corrũpiẜ: vrbĩ grã: ſi aliqđ agẽs calidũ ageret in aliqđ frigidum: tũc in tali actione illa frigiditas reſiſteret: ⁊ p hãc actionẽ illa frigiditas corrũpet: ſic ergo finalr: quedã eſt actio ſine reſiſtẽtia: ⁊ quedã cũ reſiſtẽtia que nõ corrumpitur: ⁊ quedã cum reſiſtentia que corrumpitur: ⁊ ſic patent diſtinctiones.

Quantum ad 2ᵐ pono ꝯnes pmo de itenſione. 2° de extẽſione. Eſt pma cõcluſio: ꝙ in actione agẽtiũ: que dĩo ſit ſine reſiſtẽtia ꝯſimilis eſt ꝓportio effectuũ in itenſione: qualis eſt ꝓportio cauſaruz agẽtiũ in itenſione: hoc pꝫ: qꝛ ſi aliqđ calidũ vt quatuor ageret in aliqđ paſſum ſine reſiſtẽtia nõ ageret plus ꝙ̃ caliditatẽ: vt quatuor eo ꝙ nõ ageret vltra gradũ ꝓpriuz: ⁊ ꝯſilr aliqđ agẽs calidũ ſicut duo ageret ſine reſiſtẽtia in aliquod paſſuz etiã vt duo: nõ ageret niſi gradũ caliditatis: vt duo: qꝛ etiam nõ ageret vltra gradũ ꝓpriũ. Ex quo pꝫ ꝙ eẽt dĩo ꝯſilis ꝓportio effectuũ in itenſione: qualis eſt ꝓportio agentiũ in itenſione. ¶ 2ª concluſio: ꝙ in actione vbi eſt reſiſtẽtia: que tolliẜ ⁊ corrũpiẜ in tali actione nõ eſt eadẽ ꝓportio effectuũ: loquẽdo de effectu pmo mõ dicto qualis eſt ꝓportio cãrum agẽtiũ: hoc pꝫ quia ſi calidũ: vt ſex ageret in frigidum vt vnũ: vt deductũ fuit in argumẽto principali. ¶ 3ª ꝯcluſio eſt ꝙ etiã loquẽdo de effectu pmo mõ dicto: ſicut eſt actio vel velocitas in actione vbi eſt reſiſtẽtia: que non corrũpiẜ ſicut eſt in illuminatione medij nõ ſemp⁹ ꝯſimilis eſt ꝓportio effectuuz: ſicut eſt ꝓportio cauſaꝝ agẽtiuz: hoc pꝫ quia ſemp in tali actione effectus ſunt equales: pꝫ: qꝛ ex quo talis actio ſit ſubito: vna eſt ita velox ſicut alia: ſꝫ nõ ſemp agẽtia ſunt equalia: ſeu equalr ſunt itenſa: vñ quamuis vnũ luminoſum ſit in duplo itenſius reliquo: tñ ita cito luminoſum ſub duplũ pducit ſuũ effectũ: ſicut duplũ: ⁊ ex quo q̃dlibꝫ illoꝝ agit ſuũ effectũ ſubito: vt nunc ſupponiẜ. ¶ 4ª cõcluſio ꝙ ꝯꝛie loquẽdo de effectu 2° mõ in actione cum reſiſtẽtia: ſiue in tali actione reſiſtentia tollaẜ: ſiue nõ: non ſemp eſt ꝯſimilis ꝓportio effectuum in itẽſione: ſicut eſt ꝓportio agẽtiũ in itenſione: hoc pꝫ pmo in actione cũ reſiſtẽtia vbi reſiſtẽtia tolliẜ: qꝛ ſi ſex agerent in vnũ: ⁊ etiaz tria agerent in vnũ nõ eẽt ꝯſimilis ꝓportio effectuũ ſicut cauſarũ: ⁊ hoc pꝫ: qꝛ ſi agerẽt ſine reſiſtẽtia tũc eẽt cõſimilis ꝓportio: ergo ſi agũt cũ reſiſtẽtia vtrobiq; equali tũc nõ eſſet ꝯſimilis ꝓportio effectuũ: ⁊ ꝯſilr hoc idẽ pꝫ in actione que ſit cũ reſiſtẽtia que tñ non tolliẜ. Quia ſint .a. ⁊ .b. corpora luminoſa ⁊ ſit .a. duplũ ad .b. in itenſione: ⁊ agãt in duo media vniformia ⁊ equalia in denſitate: tũc pono ꝙ̃ .a. deſinat agere lumẽ ĩ medio .c. .b. deſinit agere lumẽ in medio .d. ꝓpter hꝰ itenſionem denſitatum illoruz mediorum: modo ſi ꝯtinue per horã talis itenſionis denſitas mediorũ ꝓpter lumen ipſius .a. fuiſſent duplu ad lumen ipſius .b. ſicut agẽtia: tũc ita cito per huiuſmodi intenſiões ⁊ remiſſionẽ luminis .a. deſinet ita cito agere ĩ .b. quod tamen eſt falſum: ꝯñtia tenet: qꝛ ſi ſint duo quãta vnum duplum ad aliud: ⁊ incipiant deſcendere verſus

nõ quãtum in prima parte ꝓportionab ſili alicuius horeꝫ quodlibet ad ſubduplũ ⁊ in ſecũda ſilr: ⁊ ſic vltra ille eque cito icipiunt eẽ nõ quãta: ⁊ nõ vnũ ꝑus ꝗ̃ aliud: vt pꝫ intuenti: ⁊ ſic ſimiliter: ſi lumen ab.a.actũ per horã ↄtinue remiſſionis: lumen duplũ ad lumẽ actuꝫ.a.b.ita cito.a.deſiuiſſet agere ſic.et.b. ¶ Tunc pono aliquas concluſiones de extẽſione: ⁊ prima eſt ꝙ quo ad extẽſionem nõ eſt ↄſimilis ꝓportio effectuũ: vt eſt ꝓportio cauſarum agentiũ: hoc pꝫ: qꝛ ſi aliqua ſuperficies circularis põt videri ab aliqua diſtãtia: oꝑꝫ ꝙ illa que videť a duplo maiori diſtãtia habeat ſub equali angulo in duplo maiorem diametrũ ⁊ ſi ſic ſequiť ꝙ ipſa eẽt quadrupla in extẽſione ad primã: ⁊ per ↄñs nõ eſt eadẽ ꝓportio effectuum in extẽſione ſicut eſt cãrum agẽtiũ: ex quo ꝓportio effectuũ eſt dupla in extẽſione: ⁊ ꝓportio cãrum eſt quadrupla. Quod aũt oporteat talẽ ſuperficiem circularẽ eẽ quadruplam ad aliam: cuiꝰ dyameter eſt in duplo: minor: pꝫ per vnaꝫ ꝓpoſitionem duodecimi geometrie que dicit: ꝙ que vel qualis eſt ꝓportio dyametroꝝ: talis eſt ꝓportio circulorum duplicata. ¶ Et eſt ſciendũ ꝙ quñ dixi effectuꝫ eſſe duplũ in extẽſione ad aliud: intelligo lineã menſurantem extẽſionẽ ipſius effectꝰ: ſicut eſt dyameter totius effectus: accipiẽdo ipropꝛie agẽs. ¶ 2ª ↄcluſio eſt: ꝙ poſſe eſt: ꝙ.a. ⁊.b. ſint duo agẽtia: ⁊.a. ſit duplũ ad.b. in itenſione: ⁊ ꝙ a.agat ad duplã diſtantiã ad quã agit.b. hoc pꝫ: quia ſit a. vnũ corpus luminoſum ſpericum: cuius dyameter ſit bipedalis quãtitatis: ⁊ ſit duplũ in itenſiõe ad.b. corpꝰ luminoſũ: ⁊ nõ curo cuiꝰ quãtitatis ſit.b. tūc pꝫ ꝙ.b. tñ põt diminui in extẽſione: nõ tñ in q̃litate ꝙ.a. agẽs agat in duplo remotiꝰ ꝗ̃ agat.b. poſſet enim tñ diminui ꝙ vix ageret ad tantã diſtantiã quãta eſt diſtãtia vnius grani milij: ⁊ ſi ſic impoſſibile eſt ꝙ poſſet tñ diminui in extẽſione: ⁊ nõ in itenſiõe ſeu in luce a diminuto: nec in extẽſione nec in itenſione ꝙ ipſum agat ad duplam diſtãtiã ꝗ̃ agat.b.a. exiſtente duplo itẽſiue. ¶ 3ª ↄcluſio eſt ꝙ ſi.a. agit ad duplam diſtãtiam: ad quam agit.b. ꝙ tunc effectus.a. eſt octuplus ad effectũ.b. hoc pꝫ: quia tunc.a. agit vnũ effectũ ſpericum: cuius dyameter eſt duplus ad dyametrũ effectus acti ab ipſo.b. ergo effectus.a. eſt octuplus ad effectũ.b. ↄñtia tenet: qꝛ qualis eſt ꝓportio dyametrorũ talis eſt ꝓportio ſperaꝝ illaꝝ dyametroꝝ triplicata: ergo eſt octupla ſicut tripla duple: que cõponiť precise ex tribus duplis: ſequiť ꝓportionẽ taliũ effectuũ eſſe octuplam: poſtꝗ̃ ꝓportio dyametrorũ eſt ꝓportio dupla ⁊c̃. Ex his õnibus ſequiť ꝙ poſſibile eſt ꝙ.a. agens ſit duplum itenſiue ad.b. agens: ⁊ effectꝰ.a. agẽtis ſit octuplus in extẽſione ad effectũ.b. agẽtis: de quo alias erat ſermo. Sed dices tu: bñ ↄcederẽ ſi effectus taliũ agẽtium eſſent ſperici: ſed ſi ſunt orbiculares: tūc nõ ↄcluderes aliquid placet mihi: ſed mõ poſſibile eſt ꝙ effectus taliũ agẽtium ſint ſperici ⁊ nõ ſolum orbiculares: quod declarať ſi capiať vnũ corpus trãſparens ſicut eſt criſtallus: tale nõ ſolum agit orbem imo ſperã: ⁊ pꝫ ex hoc: qꝛ talis corporis inter te ⁊ me ego video pres que ſunt verſus te ſicut partes verſus me. ⁊ tu ſimiliter vides partes propinquiores mihi: ſicut illas que ſunt propinquiores tibi. Ex quo ſequitur partes illius corporis nõ ſolũ multiplicare ſuas ſpecies circa illud corpus: verũetiaꝫ in illo corpore: ⁊ per illud corpus: quare ſi ad imaginationẽ totalis effectus ſicut totalis ſpecies acta ab ipſo corpore ↄſeruareť corpore illo deſtructo: eſſet vna ſpera ⁊ nõ ſolum orbis: quia igitur nõ fuit illud corpus eſſet ſpecies ſicut alibi: ⁊ qua ratione ille effectus eſſet ſpericus: ⁊ non orbicularis illo agente corrupto. Eadem ratione ſic erit illo agẽte exiſtente: ⁊ per ↄſequens aliqua agẽtia ſunt agentia: nõ ſolum effectus orbiculares: verũetiã ſunt aliqua que agunt effectus ſperales: ⁊ vos bene ſcitis vt ſuppono differentiaꝫ inter ſperam ⁊ orbem: rationes vadunt vijs ſuis.

Tex. cõmenti. xxxi.

¶ Omnes autẽ nũc dicte cauſe in quatuor incidunt modos ⁊c̃. Q̃ õ. xiij.

Utrum finis ſit cauſa. arguiť ꝙ non: qꝛ ſi eẽt cã: tunc eſſet cã actionis que ſit ꝓpter finẽ: ſed hoc nõ: qꝛ qñ illa actio eſt: nõdũ ꝫ finis eſt: ⁊ per ↄñs nõ eſt cauſa illius actionis: qñ illa actio nõ eſt: qꝛ qđ nõ eſt: cuius nõ eſt cã. ¶ 2° ſi ſic: vel hoc eẽt finis qui eſt in re extra: vel qui eſt in itentione: nõ ꝑmum: quia finis qui eſt in re extra: nõdum eſt cum ſit actio: nec 2° mõ: qꝛ actio nõ ſit ꝓpter hoc ꝙ eſt in mẽte. ¶ 3° ſic nulla res põt eſſe ſine cã eius ꝑncipali. ſed multe res ſunt ſine ſine carũ. ergo finis nõ eſt cã principalis rei. pꝫ maior: qꝛ nulla res põt eẽ ſine ſua mã: ⁊ ſilr ſine ſua forma: qꝛ tales ſunt cauſe ꝑncipales rei. minor probať: qꝛ multe ſunt res que nõ attingunt ſines ſuos: ſicut multi ſunt homines: qui nõ attingunt felicitatem. ¶ Quarto ſic oĩs cã dꝫ eſſe ꝑmũ: ſed finis nõ eſt ꝑmũ: qꝛ finis eſt vltimũ: vltimuꝫ aũt nõ poteſt eſſe ꝑmũ: ergo finis non eſt cã. ¶ 5° ſic cauſa debet eẽ prior cauſato: ſed finis nõ eſt prior cauſato: imo poſterior: qđ probať: qꝛ ſanitas eſt finis ambulationis: ⁊ propter quod ſit ambulatio: mõ patet ꝙ ambulatio precedit ſanitatem: que per ambulationeꝫ acquiritur. ¶ 6° ſic: cauſa debet eẽ nobilior ſuo effectu: ſed finis ſepe nõ eſt nobilior ſuo effectu: quia aliquando finis eſt accidens ⁊ res cuius ille finis eſt: eſt ſubſtantia: modo accidens non eſt nobilius ſubſtantia.

In oppoſitum arguiť ſic: ſm Ar. qui dicit ſinē eſſe cãm cauſarũ. Et probatur rõne ꝙ ſit cauſa: naꝫ illud eſt cauſa per qđ ↄueniẽter reſpondeť ad interrogationẽ factã ꝓpter quid eſt: ſed finis eſt hꝰ ergo ⁊c̃. maior pꝫ: minor declarať: quia ſi queratur ꝓpter quid ſor. ambulat poſt prandiuꝫ: reſpondeť ↄuenienter ꝓpter ſanitatẽ ↄſeruandã. De q̃õne nõ eſt dubium quin cõmuniter oẽs cõcedunt finem fore cãm: ſed difficultas ſtat in hoc quomodo illud qđ nõ eſt dicať cã alicuius. ¶ Ad ſolutionẽ queſiti eſt primo ſciendum: ꝙ vno mõ aliqđ dicit eẽ cã alterius a quo dependet in eẽ: ⁊ ſine quo illud nõ põt eẽ ⁊ ſic corpus luminoſuꝫ dr̃ cã luminis ⁊ ſbm cã accñtis: ⁊ mã cã forme. ⁊ non ecõuerſo: qꝛ lumen depẽdet a corpore luminoſo: ⁊ nõ põt eſſe ſine eo: ⁊ ſimilr accidens non põt eſſe ſine ſbto: ⁊ forma ſine mã. ¶ 2° modo aliquid dr̃ cã alicuius: nõ qꝛ illud depẽdeat ab illo in eſſe: ſed in eſſe tali aut tanto: vel in aliquo modo ſe habendi: ⁊ ſic forma eſt cã materie: nã ꝙ mã ſit talr informata: vel talr extenſa hoc habet a forma: ⁊ ſimilr albedo eſt cã parietis quo ad eſſe albũ: qꝛ albedo eſt cauſa quare formalr paries eſt albus. ¶ 3° modo aliquid dr̃ eſſe cã alterius non a quo res dependeat in eſſe: nec in tali eſſe: ſed a qua res dependeat in fieri. ⁊ ſic dicimus de domo nõ ſolũ qñ ſit: ſed etiam qñ eſt ꝙ eĩus cã eſt domificator. ¶ 4° modo aliquid dr̃ eſſe cã alteriꝰ. ſi.a. eſt cã.b.c. nõ qꝛ.c. dependet in eſſe: vel in fieri ab.a. ſed qꝛ.c. depẽdebat in fieri ab.a. ⁊ vlterius.b. dependebat in fieri ab.a. ⁊ ſic dicimus patrem eſſe cãm filij nõ qꝛ filius in fieri depẽdeat imediate a patre: qꝛ forte quñ filius gñabať: pater poterat eſſe mortuus: nã poſtꝗ̃ ſtatim ſemen a patre eſt deciſum: potuiſſet eſſe intrinſecus: ſed filius in fieri dependebat a ſemine: ⁊ vlterius ſemen dependebat a pr̃e: ſic ergo pꝫ qualr aliqñ de aliquo termino ſignificatiue ſumpto verificať hoc nomen cã alicuius. qui quidem terminus nullã rem: que eſt ſignificat. ſed bñ rem que fuit. ¶ 1° pono ↄcluſiones ⁊ prima eſt ꝙ ↄcedenduꝫ eſt tanꝗ̃ ꝑmũ ſinem eſſe cãm. ꝓbatur: qꝛ hoc cõiter conceditť ab oĩbus ꝙ nõ eſſet niſi intellectꝰ inclinareť nãliter ad aſſentiendũ ꝙ finis eſt Tex. cõ. 31.

finis eſt cā ⁊ ideo ꝙ ſic cōiter ꝓcedit ex nālī īclinatione in tellectus ꝓcedendū eſt hoc tanꝗ̄ ꝑnm: nec poſſet demonſtratiue ꝓbari: qꝛ hoc oporteret eē per aliqḋ notiꝰ: modo cōiter ꝓcedit ꝙ eo nihil eſt notius. ¶ Eſt ſciendū ⁊ videndū q̄ṁo iſta queſtio hēat veritatē. ꝙ finis ſumit multipliciter vno modo pro termino alicuiꝰ rei ſicut dicimꝰ punctū eē finē linee. ⁊ ſic dicimꝰ aliqua ſepe hēe finez bonum: ⁊ aliqua finem malū: ⁊ ſic nō ſemper finis eſt optimus. ¶ 2° modo ſumit finis pro illo termino ꝓpter quē ſit actio: ⁊ qui mouet ipm agens ad taliter agendum. Et de iſto fine eſt vlterius diſtinguendū: quia aliquādo ſumitur finis pro illo quod producit per actionem: fine qḋ eſt terminus illius actionis que ſit ꝓpter finez. ¶ 2° modo ſumitur finis nō pro illo qḋ eſt terminus illius actionis: ſed pro illo ꝓpter quod finaliter ⁊ vltimate ꝓducit hoc. ſ. finem pmo modo dictū: per talem actionē: verbi gr̄a. Medicus quū agit ſanādo infirmū agit vno modo ꝓpter finem: pmo mō dictū: ⁊ hoc eſt ſanitas que producit in illo qui infirmabat: ſed nō agit iſtā ſanitatē propter ſe ipſam: ſed ꝓpter ſe ipm: ſed ipſam ꝓpter ſe ipm: vel ꝓpter aliqḋ aliud: qḋ ꝑceſſit eius actionē: ⁊ direxit ⁊ mouit ipm ad taliter agendū. Et hec diſtinctio finis ſolet poni ſub his verbis: finis quidā eſt quo: quidaz eſt gr̄a cuius: vt innuit Cōmentator. 2° celi vbi dicit ꝙ quidam eſt finis dictus pmaria itentione: ⁊ quidā ſecūdaria. ⁊ exemplificat ſicut intelligētie mouent corpora celeſtia ꝓpter duplicē finē: quoꝝ vnus eſt finis vltimatus: ⁊ principaliſſimus. ꝓpter quez pmaria itentione mouent. ſ. pmū ꝑnm vt deus. Alter eſt finis ꝓpter quē mouet ſecūdaria intentione. ⁊ hec ſunt iſta iferiora: vñ ſicut domificator agit ꝓpter domū: ſic itelligentie mouent orbes propter iſta inferiora: ⁊ ſicut domificator nō ſolū agit ꝓpter domū: ſed ꝓpter domū vt defendat nos ab imbribus ⁊ corruſcationibꝰ: ſic etiā intelligētie mouent ꝓpter iſta inferiora: dirigendo vltimate actionē eoꝝ in pmum ꝑnm tanꝗ̄ in finem principalr intentum. ¶ 2a ꝯcluſio ꝙ finis dictus: ſecūdaria intentione ꝓprie loquēdo: nō eſt cauſa ipſius agentis: hoc probat: qꝛ ſi ſic ſequit ꝙ iſta inferiora eſſent cauſe itelligentiaꝝ: ſed hoc nō eſt ꝯcedenduz: quia iſta iferiora nō ſunt priora: ſed poſteriora ſuperioribus: mō ſi eſſent cauſe itelligentiaꝝ deberent eē priores eis: qꝛ cauſa debet eē prior illo cuius eſt cā. ¶ 3a concluſio eſt ꝙ quadam denominatione extrinſeca per modū cuiuſdaz attributionis: nos ſolemus dicere ꝙ dici pōt ꝙ finis dictus ſecūdaria itentione eſt cā recte ſicut ſolemus dicere ꝙ vrina eſt ſana: qꝛ eſt aialis hñtis i ſe ſanitatē: ⁊ ſic finis dicꝰ ſecūdaria itentione dī cā qꝛ eſt illud ad qḋ ꝓducēdū finis ſupior ⁊ vltimatus determinat ſibi agēs ad talr vel talr agēdū. ¶ 4a ꝯ eſt ꝙ finis dicꝰ pmaria itentiōe diuz eſt pmaria cā: hoc pꝫ: qꝛ illa qḋlibet agēs dirigit ⁊ ſibi cōcurrit in eiꝰ actiōe: vel ad eius effectꝰ ꝓductionē: ſꝫ qꝛ vulgus nō ꝑcipit talē directionē: vl' talē motionē cuiuſlibet agētis p ipꝫ ꝑm nō dicit ꝑm eē finē diuz: ſꝫ magis illud ad cuiꝰ ꝓductionē dirigit actio ipſiꝰ agētis: finalr credit vulgus: ꝙ illud p qḋ actio ꝓducat fuiſſet ꝑncipaliter mouēs ipm agēs ad agēdū: mō hͦ nō ē verꝫ: ſꝫ ⁊ de iſto fine ꝑncipalr ē verꝫ ꝙ eſt cā cāꝝ ⁊ ꝙ eſt nobilius cāto: ⁊ qḋ ꝑcedit cām ⁊ multas alie ꝯditiones. Et per ꝑdicta patet ad rationes.

Tex. cōmenti. lij.

¶ Manifeſtū itaqꝫ: ꝙ fortuna cauſa ſit ſm accidens ⁊c. Q̄ō. xiiij.

Queritur vtrum diffinitio fortune data ab Ar. ſit bona: ſcilicet. Fortuna eſt cā per accidens extra ſemper ⁊ frequēter ſm propoſitū eoꝝ que propter hoc ſunt. Et arguitur pmo: ꝙ fortuna nō debeat diffiniri. naz illud de quo nō eſt ſciencia: nec poteſt eē: nō debet diffiniri. Sed fortuna eſt huiuſmodi. ergo. maior eſt nota. minor probat. quia fortuna eſt ens per accidens: ⁊ de tali nō eſt ſcientia: per Ar. in 6° methaᶜᵉ. ¶ 2° probat: ꝙ fortuna nō pōt diffiniri: quia illud quod eſt ignotum ⁊ icertum nō debet diffiniri. Sꝫ fortuna eſt huiuſmodi ergo: maior patet minor eſt Ar. in litera. ¶ 3° probat ꝙ predicta diffinitio nō ſit bona: quia nulla oratio nugatoria eſt diffinitio bona: ſꝫ ſic eſt de predicta diffinitione: que ponitur eē diffinitio fortune ergo: maior patet: minor probat: quia in predicta diffinitione ponit ly per accidens: ſed cuꝫ per accidēs ſit: quod ſit extra: ſemp ⁊ frequēter: ideo dicit ꝙ: fruſtra ponit ly extra ſemp: ⁊ frequēter. ¶ 4° ſic nulla oratio implicatiua oppoſitorū eſt bona diffinitio: ſed ſic eſt de predicta oratione que ponit eē diffinitio fortune ergo: maior patet: minor probat: quia in predicta diffinitione dī ꝙ fortuna eſt cauſa per accidens: ⁊ cum hoc dicit ſm propoſitū eoꝝ que ꝓpter hoc ſunt: mō iſta videnṫ repugnare. ſ. ꝙ fortuna ſit cauſa per accidens effectus fortuiti ⁊ ꝙ fortuna ſit cā agens ſm ꝓpoſitū effectus fortuiti: ⁊ ſi fortuna eſt agens effectū fortuitum ſm propoſitū: tunc effectus fortuitus eſt intentus a fortuna agente: ⁊ per conſequēs fortuna nō eſt eius cauſa per accidēs: ſed cauſa per ſe. Et ſimiliter ſi effectꝰ fortuitus eſt de numero eoꝝ que ꝓpter hoc ſunt: videt ꝙ ꝓpter effectuꝫ fortuitum agens agat tanꝗ̄ ꝓpter intentū ab agēte: ⁊ tunc etiā agens fortuitum nō eſt per accidens cauſa effectus fortuiti: ſic ergo videt ꝙ iſta membra repugnent. ſ. cauſa per accidens ex vna parte ⁊ ly ſm ꝓpoſitum eoꝝ que ꝓpter hoc ſunt ex alia parte. ¶ 5° diffinitio competit alijs a fortuna ergo non eſt bona diffinitio fortune: ꝯña tenet: qꝛ diffinitio nō debet cōpetere alijs a diffinitoꝰ: antecedens probatur poſito ꝙ ſit aliquis domificator: qui ſit muſicus ⁊ intendat facere domū ⁊ faciat eam: tunc muſicus eſt cauſa per accidens illius domus extra ſemp' eſt frequenter ſm propoſitum eoꝝ: que ꝓpter hoc ſunt: ⁊ tamen muſicus nō eſt fortuna: nec domus facta a muſico in iſto caſu eſt effectus fortuitus. ¶ 6° ꝓbat ꝙ fortuna nō ſit cauſa per accidens: nam fortuna eſt natura per Ar. in littera: qꝛ eſt itellectus: qui eſt natura: ſed natura eſt cauſa per ſe ſuorum effectuū ergo. ¶ Et confirmat: naz hec eſt per ſe: fortuna eſt cauſa effectꝰ fortuiti: ergo videt ꝙ fortuna ſit cā per ſe ⁊ non per accidens ergo ⁊c.

In oppoſitum vult Ar. in iſto 2°: tractatu quarto. vbi ponit predictā diffinitionē fortune tanꝗ̄ bonam. ⁊ nō opꝫ ammouere niſi ly ſm propoſitū: ⁊ tunc eſt diffinitio caſus ita ꝙ diffinitio fortune ſuper diffinitionez caſus addit ly ſm propoſitum. ¶ In iſta queſtione pmo ponēde ſunt diſtinctiones. 2° concluſiones: ex quibus apparebit diffinitio quid nominis fortune. ⁊ hec eſt rñſio ad queſitum. 3° videndū eſt que res ſit fortuna: ⁊ que caſus. ¶ 4° ad quod genus cauſe reducatur. Tex. cō. 52.

Quantum ad pmū ſit prima diſtinctio: ꝙ effectuū ꝓuenientiū ab agentibus: quidam ſunt intenti: quidaz non intenti: ſed eueniūt preter intentionem agentis. verbi gr̄a: ſi aliquis iret ad forum ⁊ intenderet emere panem: ⁊ qui intenderet emere panē inueniret theſaurum: quā tñ inuentionē nō itendiſſet: tūc illa emptio panis diceret effectus intentus ab agente: ⁊ inuentio theſauri diceret effectus non intentus ab agēte. Et eſt ſciendū: ꝙ ipſum agens reſpectu intenti dī cauſa per ſe. reſpectu vero effectus non intenti dicitur cauſa per accidēs. Conſimili modo exemplū poſſet poni in nālibus: vt ſi natura intēderet producere hominē cū quinqꝫ digitis in vna manu: ⁊ produceret cum ſex: pmus effectus diceret intētus ⁊ reſpectu illius nā diceret cauſa per ſe. ſecūdus effectus diceret nō intentus ⁊ reſpectu illius

T.x.cō.4

nã diceref cauſa per accidens. ¶ 2ª diſtinctio ꝙ effectuū nõ intentoꝝ quidam eueniūt ſemp vel frequenter cum effectibus intentoꝝ. verbi gr̃a. quã aliquis in hieme intenderet ire ad hallas pro emptione carniū nõ intenderet maculare ſotulares ſuos: ⁊ tamē vt plurimū macularet. in tali caſu maculare ſotulares eſt effectus nõ intentus qui ſemp vel frequenter accidit cū effectu intēto: ſed ſi aliquis eundo ad forum inueniret theſaurū preter intentionē: talis effectus diceref nõ intentus eueniēs extra ſemp ⁊ frequenter. ¶ 3ª diſtinctio ꝙ adhuc effectuū non intentoꝝ. quidā ſunt notabilis bonitatis vel malitie: ſicut eſt inuentio theſauri: vel fractio tibie quidā nõ ſunt notabilis bonitatis vel malitie ſicut eſt inuētio vnius piſi: vel caſus vnius pili in fricatione barbe. modo ſciendū eſt ꝙ illi effectus nõ intēti. qui ſunt notabilis bonitatis vel malitie dicuntur de numero horuꝫ: qui propter hoc ſunt: nam tales effectus ſi preſcirenf eēnt digni vt ꝑpter eos fieret actio: puta fuga: aut perſecutio. effectus autem nõ intēti: qui nõ ſunt notabilis bonitatis vel malitie: dicunf de numero eoꝝ: que nõ propter hoc ſunt: qui ſi preſcirenf nõ eſſent digni vt propter eos fieret actio: nunq̃ꝫ enim eſt dignuꝫ vt aliquis vadat ad forum ⁊ inueniat vnū piſum: vel ꝙ aliquis dimittat fricare barbaꝫ pp caſum vnius pili. ¶ 4ª diſtinctio ꝙ agentium: quedā dñr agentia ſm propoſitū: ſicut ſunt agentia per intellectum ⁊ rõnem perfectā: quedā autem dñr agentia non ſm ꝓpoſitum: ſicut ſunt agentia carentia ratione: ⁊ intellectu.

Quantum ad ſcd̃m ſit ꝑma ꝯcluſio ꝙ ab effectibus non intentis qui proueniūt vt in pluribus non dñr fortunati: vel non fortunati: pꝫ ex cõi vſu loquendi: naꝫ pp hoc ꝙ aliquis vadat in hyeme ad forum: cā emendi panem: ⁊ maculat ſotulares preter intentionē: ex hoc nõ ſequif ꝙ ſit fortunatus: vel infortunatus. ¶ 2ª ꝯcluſio ab effectibus nõ intentis: qualitercūqꝫ eueniūt qui nõ ſunt notabilis bonitatis vel malitie: non dicunf fortunati: vl' infortunati: pꝫ ſimil'r ex cõi vſu loquendi: ſicut prius dicebaf de piſo ⁊ fricatione barbe. ¶ 3ª ꝯcluſio ab effectibus non intentis: qui proueniunt nõ in pluribus: ⁊ ſunt notabilis bonitatis: vel malitie: ſiunt ab agente ſm ꝓpoſitum ⁊ habente intellectū ⁊ rõnem pfectam: aliquis dr̃ fortunati: vel infortunati: patet ſimil'r ex cõi vſu loquēdi de inuentiõe theſauri ⁊ de fractione tibie. ¶ 5ª ꝯcluſio effectus agentiū nõ a propoſito nõ dicuntur fortunati vel infortunati niſi valde methaphorice: nã aliter in inanimatis ⁊ carentibus rõne ꝯtingeret ꝙ aliqua agerent a fortuna: modo hoc nõ eſt niſi ex cõi vſu loquēdi: nõ dicamus eni ligna ⁊ lapides eſſe fortunata: niſi valde improprie ⁊ metaphorice. vnde ſi dicimus lapidē poſitū in altari eſſe fortunatū: ⁊ lapidē poſitum in pede eſſe infortunatū hoc eſt valde methaphorice. Similr in aiatis carentib⁹ rõne: ſicut eſt de equo: ⁊ aſino ex cõi modo loquendi: non dicimus aliqđ eis accidere fortuite: ſed bene caſualr: ⁊ ſimilr in infantibus: cum nõ agūt a ꝓpoſito. ¶ Quinta ꝯcluſio diffinitio fortune poſita ab Ar. eſt bona: pbaf qꝛ explicat ꝯuertibiliter cõceptus iſtius termini fortuna per ſuū genus: ⁊ per ſuas drias: ⁊ per reſpectū ad effectū fortuitū reſpectu cuius dr̃ fortuna: pꝫ hoc: naꝫ ibi ponif hoc nomē cā tanq̃ꝫ genus. ⁊ ponif ibi ly per accidens ad oſtendēdū ꝙ nõ dr̃ fortuna reſpectu effectuū per ſe intentoꝝ: ⁊ dr̃ extra ſemper: ⁊ frequenter ad oſtendēduꝫ ꝙ nõ dr̃ fortuna: reſpectu nõ intentoꝝ qui frequenter accidūt cum effectibus intētis: ⁊ qđ dr̃ ſm ꝓpoſitum ad oſtendēduꝫ ꝙ agentib⁹ nõ ſm propoſitū nõ ineſt fortuna: ⁊ dr̃ eoꝝ que pp hoc ſunt ad oſtendendum ꝙ effectus reſpectu quoꝝ dr̃ fortuna vel infortuna debet eſſe notabilis bonitatis vel malitie. Et ſic iſta diffinitio eſt declarata ita dimitēdo ly ſm ꝓpoſituꝫ ꝯſidnū erit diffō caſus: ⁊ declaraf ei⁹ mēbra ſicut fortuna ⁊c̃.

Quantū ad terti-i articulū poſſet queri que res ſit caſus: ⁊ que res fortuna: fortuna ⁊ enīꝫ eſt intellectus ⁊ volūtas: ⁊ caſus eſt natura: que nõ eſt intellectus. vnde vtrūqꝫ eſt nã: ſed fortuna eſt agentis ſm propoſitū. caſus autē eſt natura nõ agentis ſm propoſitū: ⁊ hoc nõ accipiēdo caſuꝫ put diſtinguif cõtra nãm: ⁊ prout eſt genus ad fortunā ⁊ ad caſum in ꝓpria ſua ſignificatiõe acceptū: ſed eſt ſciendū ꝙ q̃uis eadē res ſit intellectus ⁊ fortuna tñ differūt ſm rõnem. i. habent diuerſas rõnes exprimētes quid nois. vnde hoc nomen fortuna ſignificat eandē rem: quā hoc nomē intellectus ſignificat: ſed ſup ſignificationē huius termini intellectus: hoc nomen fortuna cõnotat ꝙ illa res eſt agens ſm ꝓpoſitū alicuius effectus: ⁊ pter eius intentionē ꝓducit vnū alterū notabilis bonitatis vel malitie: qui eſt de numero eoꝝ: qui extra ſemp: ⁊ frequēter ſolent euenire. ꝯformiter põt dici de his nominibus caſus ⁊ fortuna. vt patet per Ar. in littera ⁊ pluribus locis ⁊c̃.

Quantū ad quartuꝫ dico ꝙ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe: pꝫ ꝑmo ex diffinitioib⁹ eoꝝ in quibus ponif hoc nomē cā: pbaf etiā rõne: qꝛ ꝯuenienter rñdef ad interrogationē factā pp qđ. vt quã dicim⁹ pp quid eſt hoc: dicim⁹ a cā ⁊ a fortuna: vt ſi aliqđ querat: pp qđ fregiſti tibi tibiā. rñdef pp caſuꝫ ⁊ infortuniū. ¶ 2º dico ꝙ caſus ⁊ fortuna nõ ſūt cāe mãles ſuoꝝ effectuū: qꝛ nõ inter cõpoſitiões effectuū: opꝫ eni mãm intrare cõpoſitiões illi⁹ caſus eſt mã. ¶ 3º dico ꝙ nec caſus: nec fortuna ſunt cā formalis ſuoꝝ effectuū: pbaf ꝯſili rõne ſicut pri⁹. ¶ Quarto dico ꝙ caſus ⁊ fortuna nõ ſunt cauſe finales ſuoꝝ effectuū: pbaf: nã tūc effectus fortuiti eſſent effectus intenti: intendēs eni finē: intēdit ordinē ad illū: ſed hoc eſt ꝯtra dicta. Et ex alio: nã intellect⁹: vel nã eſt finis effectuū fortuitoꝝ: ſed iſta ſunt caſus ⁊ fortuna. g. ¶ Quinto dico ꝙ caſus ⁊ fortuna ſunt cāe efficiētes ſuoꝝ effectuū: pbaf: naꝫ qꝛ ſunt cāe per ꝑm̃ dictū ⁊ nõ ſunt cāe mãles per ſcd̃ꝫ: nec finales per tertiū: nec formales per quartū: g ſunt cāe efficiētes: ꝯñtia tenet: qꝛ nõ ſunt plura gñā cāꝝum iſtis q̃tuor: ſꝫ dices tu effect⁹ fortuiti ſunt infinite cāe: ſꝫ nulli⁹ effect⁹ ſunt infinita agētia: g. ¶ Dico ꝙ quã Ar. dixit ꝙ effectuū fortuitoꝝ ſunt infinite cāe: nõ intellexit ꝙ effectuū fortuitoꝝ eēnt infinite cāe: quaꝝ q̃libet eēt fortuna. capiēdo fortunā pro aīa vel pro volūtate: ſed capiēdo pro intētiõe ſicut nõ tot gn̄ plurium q̃libet põt eſſe efficiēs fortuiti. i. nõ cū tot gn̄ cū plib⁹ intētis põt accidē effect⁹ fortuit⁹. g ⁊c̃.

Ad rationes pncipales. ad ꝑmā quã dicebaf ꝙ fortuna nõ dꝫ diffiniri: qꝛ fortuna eſt ens per accidēs: dico ꝙ de ente per accidēs nõ eſt ſcīa: nec hoc eſt ꝯtra dicta: q̃uis eni fortuna ꝯtingēter ſiat: tñ de fortuna pñt formari ꝓnes ſcibiles. ¶ Ad ſcd̃am dico ꝙ imo fortuna eſt nobis nota: ſicut pꝫ ex q̃õne: ſed pro intētiõe Ar. dico ꝙ intellexit ꝙ effect⁹ fortuit⁹ nõ pſciatur euenire. ¶ Ad tertiam dico ꝙ nõ fruſtra addif extra ſemp ⁊ frequēter: nã aliq̃ bñ eueniūt per accidēs ab aliq̃ cā: que tñ nõ eueniūt extra ſp ⁊ frequēter: ſicut pꝫ de ſotularib⁹. iõ ly extra ſp ⁊ frequēter eſt ꝯtrū per ly per accidēs. ¶ Ad q̃rtū dico ꝙ nõ iplicat: nã nõ ſcd̃m idē dr̃ cā per accidēs ⁊ agēs ſm ꝓpoſitū: qꝛ dr̃ agēs ſm ꝓpoſitū reſpectu effectus intēti: ſed agēs per accidēs reſpectu nõ intenti: ſimilr effect⁹ fortuit⁹ nõ dr̃ pp hoc fortuitus ꝙ agēs agat pp ipm: ſed dr̃ pp hoc ad intellectū ꝓdictū ꝙ ſi pſciref dignuꝫ eēt vt pp ipm fieret actio. ¶ Ad q̃taꝫ dico ꝙ per accidēs capif dupli'r: vno mõ vt notat nõ intentionē: alio mõ vt notat ꝓpões ꝯtingēter verā: ꝑmo mõ dr̃ ꝙ fortuna eſt cā p accidēs ſui effect⁹ fortuiti ⁊ nõ ſcd̃o mõ: ⁊ muſic⁹ in caſu ꝓdicto nõ dr̃ cā p accidēs: accipiēdo accidēs ꝑ⁰ mõ: ſꝫ bñ dr̃ cā p accidēs: accipiēdo per accidēs 2º mõ: qꝛ hoc eſt p accidēs muſic⁹ eſt cā dom⁹: ſic g pꝫ qualr in ꝓdicto caſu diffō fortūe nõ ꝯuenit aliis q̃ꝫ diffinito: ex eo ꝙ in diffinitione

in diffinitione ly per accidens capitur prout denotat nõ intentionem. ¶ Ad ſextaȝ ↄcedo: ꝙ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe per ſe ⁊ hoc effectuũ itentoꝝ: ſed nõ ſunt cauſe per ſe reſpectu effectuũ caſualiũ: ſed per accidẽs. Ulterius qñ dicebaſ hec eſt per ſe: fortuna eſt cã effectus fortuiti: ↄcedi tur cum hoc tñ ſtat ꝙ ſit cã per accidens: put hoc per accidens notat nõ intentionẽ agẽtis ↄ̃uis nõ ſit cã effectus fortuiti per accñs: put ly per accidens notat ꝓpoſitioneȝ eſſe contingenter veram. Queſtio.xv.

Queritur vtruȝ aliquid fiat a fortuna ⁊ caſu. ⁊ arguiſ primo ꝙ nõ. nihil fit malũ in nã: ſed aliquí effect⁹ caſuales ſunt mali: ergo tales nõ ſunt a natura. maior eſt nota ex eo ꝙ deus ⁊ nã nihil agunt fruſtra ſeu malũ. minor probaſ: qꝛ monſtra que dicunſ eẽ effect⁹ caſuales dñr peccata ⁊ mala in nã. ¶ 2⁹ nã nõ abundat in ſuperfluis: nec deficit in neceſſarijs: vt dicit 3° de aĩa: mõ ſi aliq̃ fierent effect⁹ caſua-

Tex.cõ.45 les: ſicut monſtra: ꝙ hõ gñaret cum trib⁹ pedib⁹: vel cuȝ vno tunc nã abundaret in ſuperfluis: vel deficeret in neceſſarijs. ¶ 3° nihil fit pter itentionẽ: ergo nihil fit a caſu: ↄñia tenet per diffinitionẽ caſus: añs pbaſ: qꝛ omne qđ fit: fit a prima cauſa. que nihil agit pter itentionẽ: ad cuiuſlibet enim effectus ꝓductionẽ ↄcurrit prima cã efficiens. ¶ 4° in celo nihil fit a caſu. ergo nec in iſtis iferioribus: ↄñia tenet ex eo ꝙ iſta iferiora regũſ a celo. añs pbaſ ꝙ ex eo ꝙ motus celeſtes qui fiunt in celo fiunt cõſimiliter nõ extra ſemp ⁊ frequẽter. ¶ 5° ſi aliqđ fieret a caſu vel hoc eẽt ꝑꝑ hoc ꝙ fieret raro vel ꝙ cauſis eius ſufficiẽter applicatis talis effectus ab eis ꝓducit: nõ poteſt dici primuȝ nam tunc alique ↄiunctiones planetarum: ſicut iſte que fiunt raro dicerenſ fieri a caſu ⁊ a fortuna: qđ eſt falſum: nec poteſt dici ſcđm: ex eo ꝙ quotienſcũq; cauſe alicuius effectus ſunt ſufficiẽter applicate ad illum effectũ: neceſſario ſequitur ille effectus. ¶ 6° naȝ ſi aliquid fieret a caſu per diffinitionẽ caſus. hoc eẽt illud quod fieret raro: ⁊ omne tale a caſu fieret raro. Sed hoc nõ: nam hoiem naſci cuȝ ſex digitis i vna manu eſt caſuale: ⁊ tñ nõ fit raro: ex quo ſemp eſt aliq̃s cum ſex digitis in vna manu: ſi nõ hic forte alibi: ſicut patet euidenter.

In oppoſitum eſt Ar. de cuius itentione eſt aliqđ fieri a caſu ⁊ a fortuna. ¶ In iſta q̃one pmo videndũ eſt an aliqđ fiat a caſu. 2° videndũ eſt qualr aliqđ dicaſ fieri caſu. ⁊ ſilr ſuo modo videndum eſt de fortuna.

Quantum ad primũ ſciendum eſt: ꝙ erant due opiniones extreme de iſta mã ⁊ vna media. prima erat ꝙ nihil fieret a caſu: ⁊ illa dixit hoc eẽ ideo: quia oĩa ex neceſſitate eueniũt. ¶ Alia opinio erat que dixit ꝙ omnia fierent a caſu ⁊ mouebantur ab iſto pn⁹: quia oĩa que fiunt pter intentionẽ agẽtis fiunt a caſu. ſed oĩa que fiunt in nã fiunt pter itentionem agẽtis ex eo ꝙ ſi fierent cum itentione agentis oporteret ꝙ natura ꝓducens cognoſceret finem ꝓducendũ: ſed hoc nõ: cum enim lapis deſcẽdit nõ cognoſcit finem: qui acquiriſ per eius deſcenſum: ⁊ ideo dicit iſta opinio ꝙ lapis deſcendat a caſu. Et cõſimilr dicit ↄſimiles effect⁹: qui fiunt a nã fieri a caſu: ⁊ ſilr iſta opinio dicit ꝙ neceſſitas operationum ⁊ diſpoſitionũ rerũ nãliũ nõ ꝓuenit ex parte finis. ſed ex parte materie: vnde dicunt ꝙ nõ pluit ꝓpter herbas: q̃ꝛ pluuia aliqñ nocet herbis ſicut prodeſt: ſed pluit ꝓpter hoc ꝙ primo vapor calefactus eleuaſ ſurſum: ⁊ poſtea ↄuerſus in aquã ꝓpter grauitatẽ deſcendit: ⁊ ſit pluuia. ¶ Cõtra iſtas opiniones ſm opinionẽ mediã ponũtur ↄ̃nes: prima ꝙ aliqua fiunt a caſu ⁊ aliqua nõ: pmũ pz: qꝛ aliqua fiunt pter itentioneȝ agẽtis. vñ artifex ſicut ſi aliqñ itendit ſcribere. a. ſcribit. b. ſcđm pz: naȝ nõ eſt veriſimile ꝙ mot⁹ celeſtes ſiñt caſualr poſtq̃ȝ ita regulariter fiunt: pz hoc p diffõnẽ caſus: illa eniȝ que fiunt a caſu: nõ fiunt ſemp ⁊ frequẽter. ¶ Ad rõnes: ẜ opinionũ ↄ̃riaruȝ rñdeſ ad rõnem prime: ꝙ nõ oĩa de neceſſitate eueniunt: p hoc enim tolleret libertas liberi arbitrij. ¶ Ad rõnẽ ſcđe cum dicebaſ: illa que ꝓducit nã ꝓducit pter itentionẽ: reſpondeſ ꝙ verũ eſt ſi itentio capiſ pro cognitione: lapis enim quñ deſcẽdit nõ cognoſcit finẽ ꝓpter quẽ deſcẽdit: ſi vo itentio caperet pro idinatione nãli: tũc negaſ ꝙ oẽ qđ fit a nã fit pter itentionẽ: vñ quñ lapis deſcẽdit: q̃uis deſcẽdat pter cognitionẽ: tñ nõ deſcẽdit pter idinationeȝ nãlem. mõ cũ dĩ caſualia ſunt: que fiunt pter itentionem agentis: itelligiſ pter idinationeȝ nãlem: ergo quñ lapis deſcẽdit ⁊ frãgit ollam deſcẽſus ille nõ eſt caſualis: qꝛ ad illum idinaſ lapis ex ſui nã: ſꝫ fractio olle dĩ caſualis: qꝛ ad illã nõ idinaſ ex ſui nã. ⁊ vlterius: qñ dicebat iſta opinio ꝙ non plueret ꝑꝑ herbas: negaſ: ⁊ qñ dĩ ꝙ aliqñ nocet herbis: dicaſ ꝙ hoc eſt a caſu. ¶ Iſto viſo pz ꝙ aliqua fiunt a caſu: videnduȝ eſt mõ ꝑꝑ qđ aliqđ dĩ fieri a caſu. Ad qđ rñdeſ: ꝙ iđ fit a caſu: qꝛ fit pter itentionẽ ⁊ inclinationem naturalem ipſius producentis ⁊c̃.

bat ⁊ cum hoc bene ſtat ꝙ omne quod mouetur prius mouebatur. ¶ Ad vltimā dico ꝙ tale non mouetur per ſe ſed per accidens: ꝓp hoc non manet idem mobile ſub vtroqȝ termino: vel aliter poteſt dici ꝙ licet non maneat ibi idem ſimpliciter: tamen ibi manet idē: prout idētitas attendit̄ penes ꝯtinuā ⁊ ſucceſſiuam additionē partium ſimilium figurarū cum precedentibus: quomodo dicimus ſecanam eſſe eundem fluuiū modo: quo erat ſūt decem anni: ⁊ tunc de tali eodem modo quum moueṫ continue verū eſt dicere ꝙ ante mouebatur: ſic pȝ ad argᵐ.

¶ Tex. cōmēti. lx.

¶ Quū aūt omne qȯ mouetur: in tēpore mouetur ⁊c. Q. ō. ix.

Queritur nono vtrū in tempore finito poſſit ꝑtrāſiri magnitudo infinita: ⁊ in tempore infinito ꝑtranſiri magnitudo finita. Et arguit̄ primo ad primā partē queſtionis: pro quo ſupponit̄ ꝙ motus ſm̄ eius rationes cōmunem nō repugnat velocitati in infinitū: vnde deus poſſet mouere aliquod mobile aliq̄ velocitate: ⁊ dupla ad illam: ⁊ tripla ad illam: ⁊ ſic in infinitum. hoc ſuppoſito ponat̄ ꝙ aliquod mobile moueat̄ tāta velocitate ꝙ in prima parte proportionali alicuius hore pertranſeat vnū pedale ⁊ in ſcd̄a parte tantū: ⁊ in tertia tantum: ⁊ ſic in infinitū ſm̄ partes proportionales: ergo in fine hore pertranſiuit ſpacium infinitū: quod probat̄ ſic: illud mobile pertranſiuit infinita pedalia non cōmunicantia: ergo pertranſiuit ſpacium infinitū. conſequētia tenet ex eo ꝙ infinita pedalia ſpaciū ſeu magnitudinē infinitā conſtituunt: antecedens probat̄: nam infinite ſunt partes ꝓportionales nō cōicantes hore aſſignate in quaꝝ q̄libet partiū illud mobile ꝑtranſiuit ſpaciū pedale, relinquitur ergo in tempore finito eſſe pertranſitū ſpaciū infinitum. ¶ 2ᵒ arguit̄ pro ſecūda parte concluſionis: videlicet ꝙ in tēpore infinito ꝑtranſitur magnitudo finita: ꝓ quo ſupponit̄ ꝙ rōni cōmuni motus nō repugnat retardari quantūlibet. vnde deus poſſet mouere aliquod mobile aliqua tarditate ⁊ in duplo tardiꝰ: ⁊ in quadruplo tardius: ⁊ ſic vltra hoc ſuppoſito ſit aliquod ſpaciū pedale in longitudine ſup quo incipiat moueri aliqȯ mobile taliter ꝙ in vna die ꝑtrāſeat primā partem ꝓportionalē illius ſpacij: deinde motus illius mobilis tantū retardetur: ꝙ etiam ad pertranſeundam ſecundā partē proportionalem illius ſpacij apponat vnam diem. deinde adhuc tantum retardetur ꝙ ad pertranſeundam tertiam partem illius ſpacij etiam apponat vnam diē: ⁊ ſic vltra: ⁊ cū infinite ſint partes proportionales illius ſpacij: ad quarum quālibet pertranſeundam illud mobile apponat vnam diem: ſequitur ꝙ infiniti dies tranſibunt antequam illud ſpaciū pedale ab illo mobili ſit pertranſitum: ⁊ cum infiniti dies conſtituant tempus infinitum ſequitur ꝙ illud mobile apponet tempus infinitum ad pertranſeundum illum ſpaciū pedale: ex quo ſequitur ꝙ in tempore infinito poteſt pertranſiri ſpacium finitum adhuc ſine reiteratione ſed continue ante ſe

Tex. cō. 60. Oppoſitū vult Ariſtoteles in iſto ſexto. ¶ In iſta queſtione primo ponēda eſt vna diſtinctio. ſecūdo ponende ſunt concluſiones.

Quantum ad primum ſit iſta diſtinctio: ꝙ motuum quidā dicitur regularis: quidam irregularis: motus regularis dicit̄ qui ſic ſe hēt ꝙ in equalibus partibꝰ tpis peranſeuntur ſpacia equalia: ſeu qui in vna pte tēporis non eſt velocior q̄ȝdiu in alia: verbi grā vt ſi aliqȯ mobile moueṫ ſup aliquo ſpacio diuiſo in. x. pedalia ⁊ tātū tp̄s apponeret ad pertranſeūdū vnū illaꝝ ptium: quantū ad ꝑtranſeūdū aliā ille motꝰ diceret̄ regularis. Motus aūt irregularis dr̄ quo in ptibꝰ tēporis equalibus ꝑtranſeunt̄ ſpacia inequalia: ſeu qui in vna pte tēpori eſt velocior: ⁊ in alia tardior: verbi grā vt ſi aliquod mobile moueret̄ ſup aliquo ſpacio diuiſo in duo pedalia: ⁊ illud mobile i ꝑtranſeūdo vnā illarū ptium plus apponeret de tempore vel minus q̄ȝ ad pertranſeundam aliam ⁊c̄.

Quantū ad ſcd̄m ſit iſta p̄ima ꝯcluſio nō eſt poſſibile in tempore finito motu regulari pertranſiri magnitudinē infinitā: probat̄: nam da ꝙ nō diuidat̄. ergo illud tempus finitū in. c. ptes equales: in quo quidem tēpore per aduerſarium ꝑtranſit̄ motu regulari magnitudo infinita: tunc in vna illaꝝ centum ptiū ꝑtrāſitur ſpaciū finitū. ſit ḡ vna leuca: ⁊ cū talis motus ſit regularis ſequit̄ per diffinitionem motus regularis: ꝙ in qualibet ptium tēporis de illis. c. nō ꝑtranſit niſi vnam leucā: ⁊ per ꝯñs in fine nō pertrāſiuit niſi centū leucas: ⁊ cum nulla finita finitas ſumpta ꝯſtituant infinitū: ſequtur in fine hore motu regulari nō eſſe ꝑtranſitū: niſi ſpaciū finitū. ¶ Scd̄a ꝯcluſio nō eſt poſſibile motu regulari tēpore infinito moueri ſup ſpatio finito: ſine reiteratiōe: probat̄: nā ſit aliquod ſpaciū finitū pedale: diuiſum in centum ptes ⁊ incipiat ſup ipſo moueri aliquod mobile motu regulari: tunc ad ꝑtranſeundū vnā de illis ptibus nō apponit̄ niſi tempus finitū. Sit ḡ vnus annus: verbi grā: ⁊ cum motus debeat eſſe regularis: ſequit̄ per diffinitionē motus regularis ꝙ ad quālibetꝰ aliaꝝ ptiū illius ſpacij de centū non apponit̄ niſi vnus annus ad ꝑtranſeundū. ḡ ad totale ſpaciū nō apponunt̄ niſi centū anni: ⁊ cum nulla finita finities ſumpta reddāt infinitū: ſequit̄ ꝙ tēpora: quibꝰ ꝑtranſeunt̄ ille ptes ſpacij nō reddant niſi tēpus finitū: ⁊ igit̄ ad ꝑtranſeundū ſpacium finitum motu regulari non apponit̄ niſi tempus finitū. ¶ Iſtas duas ꝯcluſiones ponit Ar. in littera: ⁊ probat eas ſicut iam probate ſunt. ¶ Rōnes in oppoſitū vadūt vijs ſuis: qꝛ arguūt de motu irregulari: ⁊ non de motu regulari de quo intelligit Ar. quomodo aūt in qualibȝ pte proportionali deus poteſt intendere aliquem motū ad dupluȝ: ⁊ tamē non eſt poſſibile: ꝙ hoc faciat: ⁊ de hoc aliqualr̄ viſum fuit in 3ᵒ huiꝰ de infinito.

Queſtio. 10.

Queritur vltimo vtꝝ eſſe mobile cōtinue duȝ moueṫ ſit in loco maiori ſe: ⁊ arguit̄ p̄ᵒ ꝙ nō: mobile cōtinue dum moueṫ eſt in loco ſibi equali p̄ciſe. ḡ qȯ falſa: ꝯña tenet de ſe: añs ꝓbat̄ p̄mo: nam poſito ꝙ aliqȯ mobile exñs in aliquo loco ſibi eq̄li moueat̄ in illo circulariter: tūc illud mobile ꝯtinue duȝ moueṫ manet in illo loco. ḡ ⁊c̄. ¶ 2ᵒ nam poſito ꝙ aliquod mobile moueat̄ ⁊ locus in quo eſt moueat̄ vna cum ipſo: tunc illud mobile mouetur: ⁊ tamen continue eſt in loco ſibi equali poſtq̄ȝ eſt locus ſibi equalis continue manet cum ipſo: ⁊ continue mouetur cum eo. ¶ 3ᵒ mobile dum mouetur continue habet locum tangentem ipſum vndequaqȝ exterius: ſed ille eſt ſibi equalis. ergo ⁊c. ¶ 4ᵒ mobile continue dum mouetur occupat aliquem locum: ſed non poteſt dici ꝙ maiorem: naȝ aliter ſimul eſſet in diuerſis locis. ¶ 5ᵒ ſigneṫ aliquis locus equalis mobili p̄ciſe in medio: vel in ſpacio pertranſeūdo a mobili ⁊ ſit ille locus. a. b. ⁊ ſit ille locus medius inter p̄nᵐ illius ſpacij ⁊ finem pertrāſeundi: tūc illud mobile vel aliquando erit in ſpacio. a b. p̄ciſe vl̄ nunq̄ȝ. Si nunq̄ȝ ſequitur ꝙ ſiet tranſitus de extremo ad extremum ſine ſaltu abſqȝ hoc ꝙ ꝑtranſireṫ ſpacium mediū. Si aūt dicat̄ ꝙ illud mobile erit aliq̄n in ſpacio. a. b. p̄ciſe: tūc ſequit̄ ꝙ nō oē mobile dum moueṫ ſit in loco maiori ſe: imo aliquādo eſt in loco ſibi equali preciſe.

¶ Sexto

¶Sexto omne corpus per ſe mobile eſt in loco ſibi proprio qui non eſt maior nec minor ſed equalis ſibi ꝑ Ariſtotelem quarto huius. ſed mobile continue dum mouetur eſt corpus per ſe mobile: ergo eſt in loco ſibi ꝓprio ⁊ per conſequens equali: ergo non maiori ſe.
Tex.co.28.

In oppoſitum arguitur nam mobile continue dum mouetur non eſt in loco minori ſe nec equali: ergo in loco maiori ſe: conſequentia tenet antecedens quo ad primaꝫ partem patet: ſed quo ad ſecundam probatur: nam ſi continue dū mouetur eſſet in loco ſibi equali preciſe: hoc non eſſet niſi ꝑ ſolum inſtans indiuiſibile: ex quo ponitur cōtinue moueri ſine interruptione quietis: modo talia inſtantia indiuiſibilia non ſunt ponenda: ergo. ¶Secūdo affirmat auctoritate Ariſtotelis in octauo huius dicentis: ſi aliqđ mobile mouetur de.a.in.c.per.b.⁊ non quieuit in.b.tūc nūq̄ fuit in.b.in iſto motu niſi ſolum in potētia: ex quo cōcludit ꝙ quotquot locis ſignatis alicui mobili inter principium ⁊ finem alicuius ſpacij pertranſeūdi ab illo mobili: illud mobile interim ꝙ mouetur nō erit in aliquo illorum locorum in actu ſed ſolum in potentia: ⁊ per cōſequens non erit in actu in aliquo loco ſibi equali dum mouetur: ſequitur ꝙ in actu erit in aliquo loco maiori ſe poſtq̄ nō poteſt dici ꝙ erit in loco minori ſe: ⁊ poſtq̄ eſt in aliquo loco in actu dum mouetur. licet non in aliquo loco ſibi equali. ¶Iſta queſtio intelligēda ē de mobili moto localiter nō circulariter: ſed motu recto ⁊ ſpacio: vel loco ſuper quo vel in quo ſit motus quieſcente: per hoc ſoluitur primum ⁊ ſecundū argumentuꝫ. ¶Et de iſta concluſione poſſent poni alique cōcluſiones quarum prima eſt iſta: impoſſibile eſt aliquid dum mouetur motu recto ſuper ſpacio quieſcente eſſe preciſe in ſpacio ſibi equali: probatur: nam ponatur ꝙ ſor. per vnam horā moueatur motu continuo ſuper ſpacio.c.pedꝫ: probo ꝙ nunq̄ per illud tēpus per quod mouetur eſt in ſpacio ſibi equali preciſe: quia ſi ſic vel hoc eſſet in inſtāti vel in tempore non in inſtanti poſtq̄ non ponuntur inſtātia: nec in tempore: poſtq̄ mouetur cōtinue non eſt aliqua pars hore in qua mouetur: quin in illa mouebatur: ⁊ per conſequens in nulla eſt in ſpacio ſibi equali preciſe: nec enim in prima: nec in ſecunda. Ex iſta cōcluſione ſequitur ꝙ ſi in tali ſpacio ſignaretur vnus locus.a.b. preciſe equalis ſorti ꝙ ſortes pertranſiret illud totale ſpaciū abſq̄ hoc ꝙ aliquando eſſet in loco.a.b. preciſe: niſi ſolū in potentia: vlterius ſequitur ꝙ mobile dum mouetur continue vadit de extremo in extremum abſq̄ hoc ꝙ aliquando ſit in actu in medio ſibi equali. ¶Secunda concluſio: poſito ꝙ ſor. ſit pedalis ⁊ augeatur continue ꝑ horam: ſic ꝙ in fine illius hore ſit tripedalis: ⁊ augeatur ſic ꝙ in prima medietate illius hore acquiratur ſibi vnum pedale: ⁊ in alia medietate acquiratur ſibi aliud pedale: tunc in iſto caſu ſor. erit tripedalis: qui modo eſt pedalis abſq̄ hoc ꝙ aliquando ſit bipedalis preciſe: probatur: naꝫ ſi aliquādo eſt bipedalis preciſe: vel hoc eſt in prima medietate temporis: vel in ſecūda. non poteſt dici ꝙ in prima propter hoc ꝙ continue in prima eſt minor q̄ bipedalis: nec poteſt dici ꝙ in ſecūda: quia in ſecunda continue ē maior q̄ bipedalis: ergo in iſto caſu ſor. nunq̄ eſt bipedalis preciſe: ⁊ tamen exiſtens pedalis ſit tripedalis. ¶Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ ſor. exiſtens nō minor platone: poteſt fieri maior abſq̄ hoc ꝙ aliquando ſit equalis ſibi ⁊ hoc in actu: nihilominus bene eſt ſibi equalis in potentia ſicut ſi in prima medietate hore tranſacta ceſſaret ab augmentatione: ⁊ non vlterius augeretur. ¶Tertia concluſio: mobile localiter motum ſpacio recto quieſcente continue eſt in loco maiori ſe dum mouetur: probatur: nam ex quo continue eſt in aliquo loco: ⁊ non in minori: vt notum eſt de ſe: nec in loco ſibi equali: vt dicit prima concluſio relinquitur ꝙ in loco maiori. ¶Secūdo in prima medietate hore: in qua mouetur eſt in loco maiori ſe: ⁊ in ſecunda ſimiliter: ergo: antecedens probatur: nam in qualibet parte prime medietatis eſt in loco maiori ſe: ⁊ ſimiliter ī qualibet parte ſcđe medietatis. ¶Tertio nam ſi moueatur continue in aliq̄ hora: tūc in prima parte proportionali eſt in loco maiori ſe: ⁊ ſimiliter in ſecunda: ⁊ ſic vlterius: poſtq̄ in qualibet illarum mouetur: ⁊ pertranſit ſpacium maius ſe. ergo continue dum mouetur eſt in loco maiori ſe: cōſequentia tenet ex eo: ꝙ ly continue: vel ly ſemper ſolum diſtribuunt pro partibus temporis: ⁊ non pro inſtantibus. ¶Iuxta hoc dico ꝙ ſi ſor. moueretur de pariſius per vnum annuꝫ vſq̄ romam: tunc in prima medietate illius anni occuparet medietatem totius ſpacij de hinc vſq̄ romaꝫ: ⁊ in quarta parte illius anni quartam partem illius ſpacij: ⁊ ſic vltra. Dico ſecūdo non eſſe inconueniens vnum paruuꝫ lapidem tantum quanta eſt vna faba occupare ſpacium vnius leuce: omni rarefactione ⁊ condenſatione deducta patet hoc ſi lapis deſcenderet in hora pertranſeundo in illa hora ſpacium duarum leucarum: ⁊ moueretur vniformiter: ⁊ regulariter: tunc in prima medietate temporis occuparet primam leucam illius ſpacij: ⁊ in ſecunda ſecundam: ⁊ ſic nec eſſet inconueniens eundem occupare ſpatium centum leucarum. ¶Notandum tamen ꝙ hoc non eſt ſimul ſed per partem poſt partem: ita ꝙ in prima parte illius temporis occuparet vnam partem illius ſpatii: ⁊ in alia aliam: ergo dico non eſſe inconueniens vnum lapidem paruum occupare ſpatium vnius leuce: per partem poſt partem vt dictum eſt: licet hoc eēt inconueniens ſimul. ¶Iuxta dicta dubitatur: nam poſito ꝙ aliquod mobile pedale quieſcat iaꝫ ſuper aliquo ſpacio ſibi equali: puta pedali: ⁊ incipiat moueri: ⁊ ita cito ſicut illud mobile incipit moueri: ita cito illud ſpaciū incipiat rareſieri ⁊ retro condenſari taliter ꝙ cōtinue maneat pedale preciſe: iſto caſu poſito videtur ꝙ illud mobile: quod eſt ſuper ipſo: continue mouetur: ⁊ tamen cōtinue eſt in ſpacio ſibi equali. Iſta obiectio non procedit contra dicta: nam dictum eſt queſtioneꝫ debere intelligi ſpacio quieſcente: modo ſic non eſt in propoſito: vñ queſtio debet intelligi ac ſi ſpacium ⁊ locus eſſent quodam modo immobilia ⁊c̄.

Ad rōnes ꝑncipales: ꝑme due ſunt ſolute. ¶Ad tertiam dico quod licet mobile continue dum mouetur habeat aliquem locum tangentem ipſum: non tamen preciſe: ⁊ igitur non cōtinue eſt in loco ſibi equali. ¶Ad quartaꝫ dico ꝙ immo occupat maiorem locum ſe: nec hoc eſt inconueniens ſucceſſiue ꝑ partem poſt partem: licet hoc eſſet inconueniens ꝙ totuꝫ ſimul: nec ex hoc ſequitur ꝙ aliquod corpꝰ ſimul ſit in diuerſis locis. ¶Ad quintam dico ꝙ non eſt in illo loco ſignato ſibi equali: niſi ſolum in potentia ſicut dictum eſt prius. ¶Ad ſextam dico ꝙ omne corpus dum quieſcit eſſe in loco ſibi proprio ⁊ equali in actu: hoc tamen non oportet dum mouetur: nam tunc non opꝫ ipſum eē in loco ſibi equali in actu: licet bene in potentia.

¶Explicīunt queſtiones ſexti libri phyſicorum magiſtri Alberti de Saxonia.

¶ Queſtiones magiſtri Alberti de Saxonia in ſeptimum librum phyſicoꝝ. Incipiunt.

¶ Tex.cōmēti.j.

¶ Omne qḋ mouetur: neceſſe eſt ab aliquo moueri ꝛc. Qō.j.

Circa textū ſeptimi libri phyſicoꝝ queriť talis queſtio: ꝛ eſt circa ṗnᵐ: verū idē poſſit agere in ſeipſū: ꝛ arguiť ꝙ ſic: naꝫ aīa mouendo corpus mouet ſeipſam ꝛ mouet a ſeipſa: ğ queſtio va. ¶ 2° grauitas vel foīa ſbalis grauis mouendo graue deorſum mouet ſeipſaꝫ deorſum ğ. ¶ 3° intellect⁹ in ſeipm̄ agit actū intelligēdi ꝛ ꝓpoſitiōes: ꝛ ħ3: ergo queſtio vera: conſequentia tenet: ꝛ antecedens probatur: q2 ſi intellectus nō ageret in ſeipſum intellectionē obiectū extra eſſet nobilius intellectu: ſed ꝯńs eſt falſuꝫ: ꝯńia tenet pro tanto: q2 obiectū haberet ſe tanq̄ agens reſpectu itellectionis: itellectus aūt tanq̄ paſſum: mō nobilius eſt agēs q̄ paſſum. ¶ 4° intelligere ꝛ velle: dicuntur actiones manentes: mō hoc nō eſſet plus veꝝ de intellectione ꝛ volitione ꝙ eēnt actiones manētes niſi manerent in ſuis agētib⁹ q̄ de ſecatione: ꝛ edificatione: ꝛ ſic vltra: ſi intelligere ꝛ velle manēt in ſuis agentib⁹: ſequitur ꝙ eoꝝ agētia agūt in ſeipſa. ¶ 5° nā quū aqua eſt calefacta: ſeipſam refrigerat: ꝛ per ꝯńs idem agit in ſeipȝ. ¶ 6° ſi vnus angelus vel anima intellectiua moueret ſeipſaꝫ localiter qḋ eſt poſſibile ſicut credimus idem moueret ſe nec poſſet ibi dicī ꝙ vna pars moueret aliam ꝛ econuerſo: quia angelus ꝛ anima intellectiua non habent partes quare illud non valeret: igitur ꝛc̄.

Tex.cō.1. In oppoſitū eſt Ar. in ṗncipio ſeptimi dicens omne qḋ moueť ab aliquo moueť qḋ exponiť ab aliquo. i. ab alio: nā ad illā intentionē videť ire Ar. quā ſtatim ad hoc ſubiungit. ¶ 2° naꝫ dicit

Tex.cō.2. in nono Ar. nono: ꝛ 5° metaphyſice ꝙ po⁸ actiua eſt principium tranſmutādi alteꝝ in quantū alteꝝ: po⁸ vero paſſiua eſt ṗnᵐ tranſmutandi ab altero in quātū ħ3. ex his videť ꝙ ſm̄ Ar. po⁸ actiua agat in aliud ꝛ non in ſe: ꝛ po⁸ paſſiua

Tex.cō.2. patiať ab aliquo: ꝛ nō a ſe. 3° nā dicit cōmētatoꝛ 9° metaphyſice manifeſtum eſt ꝙ nihil patiť a ſe. ¶ 4° ad idē auctoritate Ar. in 8° huius motus quidem aliud mouet ꝛ aliud moueť. ¶ 5° nā dicit Ar. ṗmo de gñatione ſile non patiť a ſibi ſili: qḋ ꝓbat: q2 aliť idē poſſet pati a ſe qḋ Ar. reputat incōueniēs. ¶ De iſta qōne ſit ṗma ꝯcluſio: poſſibile eſt idē moueri per ſe: vel p ſe: vel p accidens vel mediate vel imediate p3 hec ꝯ̊ primo de nauta qui mouēdo nauē: mouet ſe. p3 2° de aīa que mouendo corp⁹ mouet ſe: p3 3° de grauitate que mouendo graue mouet ſe. p3 4° de intellu qui agit in ſeipm̄ faciendo ꝓpoſitiones: ꝛ actus intelligēdi. p3 etiā de volitione: que ſeipſam determinat ad talē vel ad talē aſſenſum. p3 6° de aqua calefacta que refriget ſe. ¶ Contra iſtam vltimā rōnē incidētaliter dubitať: que ſit cauſa ꝙ ſi aq̄ ṗmo eſt frigida ꝛ calefiat: qua calefacta refrigidat ſe: ꝙ poſtea frigefacta eſt frigidioꝛ q̄ ante calefactionem: poteſt dici ꝙ q2 calefactionis eſt ſegregare heterogenea: ꝛ q2 aq̄ poſt calefactionem eſt purioꝛ q̄ ante erat: ꝛ pp hoc reddiť frigidioꝛ q̄ aň erat: quāto enim elemētū aque eſt purius tanto eſt frigidi⁹ cuꝫ frigiditas ſit vna q̄litas que primo ineſt aque: ꝙ autem poſt calefactionē reddať purioꝛ p3 hoc: naꝫ videmus ꝙ poſt bullationē aque in olla inferius ſunt quedam particule terreſtres ſegregate ab aq̄ rōne caliditatis: que quidem particule ṗus erāt ei admixte. ¶ Contra concluſionē dubitať ſi poſſibile eſt idē moueri a ſe: ſequiť ꝙ actus ꝛ po⁸ que ſunt differentie valde oppoſite ſimul eēnt in eodem reſpectu eiuſdē: ſed hoc eſt falſum: probať ꝯńia ex eo ꝙ omne agens: eſt in actu ꝛ patiens in po⁸. ¶ Reſpōdeť ꝙ lȝ idem poſſet pati a ſe: tamen ex hoc non ſequitur ꝙ idem ſit in actu ꝛ in po⁸ ſm̄ idem: ꝛ reſpectu eiuſdem lȝ bene ſequiť ꝙ idem ſit in actu ꝛ in po⁸ hoc tamen non eſt ſm̄ idem ꝛ eandem diſpoſitionē: pp hoc ꝙ ſm̄ vnaꝫ diſpoſitionem eſt in actu ſcilȝ ſm̄ quā eſt agens ꝛ ſꝫ aliā eſt in po⁸. ſ. ſm̄ quā eſt patiens: verbi gratia forma grauis lȝ ſit in actu ſurſum tamen eſt in po⁸ deorſum: ꝛ igiť ſm̄ talē diſpoſitionē poteſt agere in ſe. Siľr quum intellectus eſt in po⁸ per ſpeciem intelligibilem poteſt formare in ſe actū intelligendi reſpectu cuius prius erat in po⁸ ſiľr cuꝫ eſt in actu per ꝯceptus ſimplices poteſt agere in ſe ꝯceptus cōplexos ſicut propoſitiones ꝛ diſcurſus reſpectu quoꝝ prius erat in po⁸: ſic ergo licet idem agat in ſe ꝛ patiať a ſe: hoc tamen non eſt ſm̄ eandem diſpoſitioneꝫ. ¶ 2ᵃ cōcluſio poſſibile eſt idem mouere ſe per ſe ꝛ immediate: ſic ꝙ non mediante alio motoꝛe vel moto imediatioꝛi: probať: naꝫ forma grauis mouet ſe ſed nō mediante alio motoꝛe magis imediato ſicut eſt notum de ſe: nec mediante alio motu magis immediato. quod probatur nā ſi in deſcenſu grauis eſſet motū magis imediatum q̄ forma grauis: hoc eſſet materia: ſed probať ꝙ hoc non ꝛ hoc ſic: illi po⁸ que p ſe ꝛ magis determinate appetit deorſum debet per ſe attribui operatio: ſm̄ quā ipſuꝫ ſit deorſum multo magis q̄ illi que hoc nō appetit determinate. ſed ſic eſt ꝙ forma grauis appetit determinate eſſe deorſum: ꝛ non materia ꝛ cū per moueri potius ſit deorſum per q̄ per mouere: quod p3: naꝫ quandocunq̄ forma grauis moueret ſi non moueretur: non pp hoc fieret deorſum ideo moueri potius ꝛ immediatius attribuendum eſt forme q̄ materie. Et cōfirmať: nam ſi per imaginationem forma grauis eſſet ſine materia: adhuc deſcenderet: ſi autem materia eſſet ſine forma grauis ipſa non deſcenderet: ergo deſcendere ſeu moueri deorſum eſt potius attribuendum forme: q̄ materie. ¶ 3ᵃ ꝯcluſio poſſibile eſt ꝙ idem agat in ſe ꝛ patiať a ſe tanq̄ principale actiuum: ꝛ principale paſſiuū. ꝛ hic intelligiť principale preter primum. ſ. deinde: p3 de voluntate: p3 de intellectu: ſicut deduci poteſt ex prioꝛibus: p3 etiam de forma grauis: que eſt principale mouens in deſcendēdo: vt cōmuniter conceditť ꝛ principale motum: nam ſicut iā probatum eſt principalius ſibi attribuitur q̄ materie. ¶ 4ᵃ concluſio eſt pro concordando dicta Ar. ꝛ veritatem impoſſibile eſt idē agere in ſeipſum: ꝛ pati a ſeip'o tali modo ꝙ ad talem actionem non concurrat aliud actiuum vel paſſiuum aut principale: aut diſpoſitum: p3 hoc: naꝫ omne agens: vel eſt primū vel aliqḋ aliud a primo: ſi eſt aliud a primo tunc ad eius actionem concurrit primū. ſi autem eſt primum illud eſt impoſſibile. ꝛ ſolum agēs. eſt enim mouens immobile. ideo concluditur ꝙ impoſſibile eſt agere ꝛ pati: quin ad eius actioneꝫ concurrat aliquid aliud actiuum ſcilicet primum: ꝛ etiā aliud paſſiuum: patet de actione que ſit circa ſubſtantiam materialem: vnde ad cuiuſlibet ſubſtantie materialis actionem ꝛ paſſionem concurrit materia prima que nullius eſt actiuitatis. Rationes vadunt pro factis ſuis.

¶ Tex.cōmēti.x.

¶ Cū autem tres ſunt motus: ꝛ ſꝫ qualitatem ꝛc. Qō.ij.

Queritur

Queritur ſecundo vtrum in omni motu mouens ⁊ motuȝ debeant eſſe ſimul: ⁊ arguit ꝙ non: nam ſi ſic ſequeretur ꝙ ſenſibile diſtans a ſenſu non ageret in ſenſum: conſequens eſt falſuȝ: ꝯña nota eſt: ſed falſitas ꝯñtis pȝ: naȝ experimur ꝙ viſibile diſtans a ſenſu agit in viſuȝ. viſus enim videt viſibile diſtans ab eo. ¶ 2° impoſſibile ē mouens ⁊ motū eē ſimul cū ſint duo corpora: ergo queſtio falſa: conſequētia tenet: antecedēs probat: q2 impoſſibile eſt eē penetrationē corporū: modo corpus nō pōt eē ſimul cū corpore: niſi mutuo ſe penetrent. ¶ 3° nec mouēs cū ſit indiuiſibile poteſt eſſe ſimul cum moto: ergo ⁊c. cōſequētia tenet: antecedens pbat ex eo ꝙ indiuiſibile non eſt in loco. ꝙ debet eē ſimul cū diuiſibili opȝ ꝙ ſit ſecuȝ in eodem loco. ¶ 4° ignis diſtans a pariete calefacit parietem: ſed in tali actione mouens non eſt ſimul cuȝ moto: q2 ignis nō eſt ſimul cū pariete in eodeȝ loco: ex eo ꝙ diſtat ab eo: ergo ſilr magnes attrahit ferrū diſtās ab eo. ⁊ ibi iterū mouens ⁊ motū non ſunt ſimul. ¶ 5° nam dicit Ar. ꝙ trahens mouet velocius tracto: ergo ſi in pncipio motus trahens: ⁊ tractum eſſent ſimul: ſtatim poſtea ſunt ſeparata: ergo nō ſemp mouens eſt ſimul cum moto. ¶ 6° nam ſol agit in iſta inferiora ⁊ ꝗ valde diſtat ab eis: ⁊ nō eſt ſimul cū eis: ſilr baſiliſcus valde remote agit a ſe interficiendo hominē bene multū diſtantem ab eo ſimiliter per agaçelem in ſua philoſophia: ſepe multi per incantationes eorum inficiunt homines multum diſtātes ab eis: quare ⁊c.

Tex. cō. 10. In oppoſitū vult Ar. in iſto 7° pbās ꝙ in omni motu: mouens ⁊ motum ſunt ſimul: hoc enim probat: ſicut viſum fuit circa litterā: tam in motu qui fit ab extrinſeco ꝙ̄ ē intrinſeco. ¶ In iſta qōne primo ponā aliquas diſtinctiones. ¶ 2° cōcluſiones.

Quantum ad primuȝ ſit iſta pma diſtinctio: ꝙ mouentiū quedā ſūt corporea: quedam incorporea: quedam mediata: quedaȝ immediata. ¶ Alia diſtinctio mouens poteſt dici immediatum moto: vno modo: q2 eius actiuitas aut virtus attingit paſſum: ſicut eſt de proijciēte ⁊ tale non opȝ eē cum moto: nec loco: nec tempore: vnde ſi ſor. proijceret vnū lapideȝ: ⁊ ſtatim poſt ſeparationeȝ illius lapidis a manu ſortis eſſet mortuus: tunc ſortes: non eſſet ſimul: nec loco: nec tēpore cum lapide. ¶ Secundo modo mouens poteſt dici imediatum moto: quia licet inter mouens ⁊ motū ſit multa diſtantia: vel licet mouens non ſit in eodem loco cum moto: tamen virtus mouentis attingit vſqȝ ad motum: licet actio mouentis determinetur per aliud agēs: ⁊ iſto modo ſol vel alia intelligentia dicatur agens imediatum reſpectu iſtorum inferiorum. ¶ Alia diſtinctio ꝙ aliqua poſſunt imaginari eē ſimul per penetrationem ſicut de albedine ⁊ dulcedine ſimul in lacte: ⁊ de tali ſimultate non eſt ſermo ad preſens. ¶ De ſimultate ꝗ ad preſens ſit talis diſtinctio: ꝙ aliqua poſſunt imaginari eē ſimul: que ſunt in eodem loco: licet vnum illorum ſit in illo loco per ſe: ⁊ aliud per accidens ſicut eſt de anima ⁊ corpore quod informat. ¶ Secundo modo aliqua poſſunt eē ſimul: quia vnum eorum eſt in loco per ſe: aliud vero in loco ratione alterius ⁊ non per ſe licet per ſeparationem eius ad ipſo fieret per ſe in loco: ⁊ iſto modo totum ⁊ eius pars integralis dicuntur eē ſimul: q2 pars integralis non eſt in loco: niſi ratione totius. ¶ 3° modo aliqua dicuntur eē ſimul que ſunt propinqua: non tamen continua ſed contīnua ſic ꝙ inter ea nullum eſt medium iſto modo manus mea ⁊ aer dicuntur eē ſimul: quare ⁊c.

Quantum ad ſecundum ſit prima concluſio in omni motu qui fit ab intrinſeco mouens ⁊ motum ſunt ſimul primo modo vel ſecūdo modo: probatur per inductionem in motibus qui fiunt ab intrinſeco: primo de motu progreſſiuo puta hominis. in tali enim motu mouens eſt ipſa anima: ⁊ motuȝ eſt corpus: modo anima eſt ſimul cum corpore: quia in eodeȝ loco in quo eſt corpus per ſe: anima eſt per accidens: patet hoc etiam de motu celi: accipiendo celum pro incluſione motoris: ſi autem aliquod moueretur ab intrinſeco puta ꝙ aliqua pars integralis moueret totum integrale: in tali motu mouens ⁊ motum eſſent ſimul ſecundo modo ſimiliter eſt de deſcenſu grauis: mouens ⁊ motum ſunt ſimul primo ſcilicet grauitas: ⁊ illud quod mouetur. ¶ Secunda concluſio. omne mouens corporeuȝ eſt ſimul cum moto tertio modo accipiēdo eē ſimul: pbatur: nam ſit. a. aliquod mouens: vel tunc eſt ſimul cuȝ aliquo moto vel non: ſi ſic habetur propoſitum: ſi non ſequitur ꝙ tale mouens in aliquod diſtans agit abſqȝ hoc ꝙ agat in intermedium: quod eſt inconueniēs: vnde qua ratione ageret in aliquam diſtantiam abſqȝ hoc ꝙ non ageret in intermediū: vnde ex quo cuiuſlibet agētis corporei aliquid contingit. non agit in ſe niſi agat in illud: ⁊ per conſequens cuiuſlibet agentis aliquod paſſum eſt proximum: quod eſt ſimul cum eo loquendo de ſimul tertio modo: ⁊ ſimiliter hoc patet per Linconieñ. in tractatu ſuo de radijs: nam vult ꝙ omne agens agat prope ſe orbiculariter ⁊ hoc non eſſet ſi non ageret in medium ſibi contiguum. ¶ Tertia concluſio nō omne mouens corporeum cum quolibet moto eſt ſimul in quod agit loquendo de ſimul tertio modo patet per argumenta facta ante oppoſituȝ. ¶ Solutio ergo queſtionis ſtat in hoc ꝙ omne mouens corporeum eſt ſimul cū aliquo in quod agit: ſed non cum quolibet: ſemper intelligēdo de ſimul tertio modo. ¶ Iuxta probationem ſecūde cōcluſionis dubitatur: videtur ꝙ agens agat in aliquod diſtans abſqȝ hoc ꝙ agat in intermedium: nam ſol agit in iſta inferiora calorem: ⁊ tamen non agit calorem in orbes celeſtes intermedios. ¶ Secundo naȝ ignis aliquādo agit in lignum diſtans ab eo intenſiorem graduȝ caliditatis ꝙ̄ agat in aerem intermediuȝ: ſimiliter magnes agit in ferrum aliquam qualitatem motiuam ferri ad magnetem abſqȝ hoc ꝙ agat talem in aerem: trahit eniȝ ferrum: ⁊ non aerem. ¶ Ad iſta ad primuȝ pro quo imaginandū eſt ꝙ nunꝙ̄ agens agit in aliquod ſibi diſtās: niſi agat in intermedium quod agat in extremuȝ: vnde ſol agens in iſta inferiora agit lumen ⁊ influentiam per totum intermedium: tam in orbes: ꝙ̄ in alia: ſed lȝ agat calorem in iſta inferiora non tamen in totum intermedium: propter hoc ꝙ lumen: ⁊ influentia que a ſole aguntur: producunt in iſtis inferioribus caloreȝ: propter hoc ꝙ iſta inferiora ſunt apta nata recipere caloreȝ: ſed quia orbes celeſtes non ſunt apti nati ad recipiendum calorē inde eſt ꝙ lumen ⁊ influētia multiplicata a ſole nō agūt calorem in orbes celeſtes. ex hoc patet ad primam dubitationem. ¶ Ad ſecundam dico ꝙ aer non eſt tante denſitatis: ſicut eſt paries vel lignum. inde eſt ꝙ ignis intenſiorem gradum caloris producit in illa ꝙ̄ in aereȝ intermedium cum hoc tamen ſtat ꝙ non agat in extremum niſi agat per medium licet nō omne quod agit in extremum agit in intermedium. ¶ Ad aliaȝ dico ꝙ magnes prope ſe multiplicat vnam virtuteȝ: ſed illa propter ſpecialem diſpoſitionem ⁊ complexionem ferri eſt motiua ferri ad magnetem ⁊ non aeris: cum hoc tamen ſtat ꝙ virtutem talem non multiplicat vſqȝ ad ferruȝ niſi multiplicet eam per totum intermedium: vnde vniformiter imaginandum eſt ſicut imaginatur ꝙ quelibet res radiat ⁊ multiplicat prope ſe qualitatem quandaȝ ſpecialeȝ inſenſibilem mediante qua ⁊ in alio ⁊ in alio: ſed ſm ꝙ aliter ⁊ aliter eſt diſpoſituȝ: agit aliam ⁊ aliam qualita-

rem: ⁊ ex hoc poteſt reddi ratio quare aliq̄ue vetule multuꝫ diſtantes generant in aliquibus amorem.

Ad rōnes principales dicitur ꝙ oēs ſolute ſunt excepta quinta: dico ꝙ trahēs velocius poteſt moueri tracto ⁊ tamē manere ſimul cum ipſo quia trahens poſſet moueri per lineaꝫ curuā ⁊ tractum per lineā rectā: ⁊ tunc trahens mouetur velocius: q2 velocitas eius attēditur penes lineaꝫ curuā: que eſt longior ſi rectificaretur ꝗ̄ꝫ linea recta: penes quā attenditur velocitas ipſius tracti.

¶ Tex. cōmēti. xiiij.

¶ Quoniam autem que alterātur ⁊ omnia alteranter a ſenſibilibus ⁊c.

Queſtio. iij.

Queritur tertio vtruꝫ ſolū ſꝫ qualitates de tertia ſpecie ſit per ſe alteratio: ⁊ arguitur primo ꝙ non quia ad aliquas qualitates de tertia ſpecie nō eſt per ſe alteratio: ergo qō falſa: antecedēs probaꝛ naꝫ colores ⁊ ſapores ſūt qualitates de tertia ſpecie: ſunt enī qualitates ſenſibiles: ſed ad illas nō eſt per ſe alteratio: propter hoc ꝙ colores ⁊ ſapores: cuꝫ ſint qualitates ſecūde non imediate acquiruntur ad ipſo alterāte: ſed ex conſequenti ⁊ per mediuꝫ ſequele vꝫ ad acquiſitionem qualitatuꝫ primaruꝫ quas conſequuntur ſm̄ qualitateꝫ de prima ſpecie: ergo non ſoluꝫ ſꝫ qualitates de tertia ſpecie: cōſequētia tenet: ⁊ antecedens probatur nam ſecunduꝫ caliditatem: ⁊ frigiditateꝫ eſt per ſe alteratio: ⁊ tamen illas qualitates Ariſtoteles enumerat inter qualitates de prima ſpecie. ¶ Confirmatur hoc: naꝫ virtus ⁊ vitiuꝫ ſunt qualitates de ſecunda ſpecie: ⁊ tamē ſꝫ eas eſt per ſe alteratio: ex eo ꝙ nō acquiruntur niſi ſucceſſiue. ¶ Confirmatur idem tertio: quia ſi ſm̄ qualitates de prima ſpecie non eſſet per ſe alteratio: hoc eſſet: quia eſſet ad aliquid: iſto enīꝫ modo videtur Ariſtoteles in iſto ſeptimo arguere vbi vult ꝙ ſꝫ
Tex. cō. 17. qualitates de prima ſpecie nō poteſt eſſe per ſe alteratio: ſed conſequens eſt falſuꝫ: ſed probatur auctoritate Ariſtotelis in predicamentis: fuit in ante predicamētis vbi dicit diuerſoruꝫ generum: ⁊ non ſubalternatim poſitoruꝫ diuerſe ſunt ſpecies: ⁊ differētie: ex hoc ſequitur ꝙ quuꝫ aliq̄ue qualitates ſunt de prima ſpecie: non ſunt ad aliquid: eo ꝙ idem non videtur poſſe eſſe in diuerſis
Tex. cō. 18. predicamentis. ¶ Quarto: naꝫ dicit Ariſtoteles quinto huius: ꝙ in qualitate: quantitate ⁊ vbi: eſt per ſe motus: propter hoc ꝙ in eis inuenitur contrarietas: modo non ſoluꝫ in qualitatibus de tertia ſpecie inuenitur contrarietas: veruꝫ etiaꝫ in qualitatibus aliaruꝫ ſpecieꝝ.

Tex. cō. 14 Ad oppoſitū dicit Ariſtoteles in iſto ſeptimo. ¶ In iſta qōne primo ponaꝫ cōcluſiones de ꝑma ſpē q̄litatis. ¶ 2° de alijs ſpēb9 q̄litatis.

Quantum ad primū ſciendūꝫ eſt ꝙ prima ſpecies qualitatis vocatur habitus: ⁊ diſpoſitio ſignificantes bene eandem rem: ſed non eodeꝫ modo: quia hoc nomen habitus ſignificat illam rē prout eſt de difficili mobilis a ſubiecto. ⁊ habet eſſe fixuꝫ in eo. ſed hoc nomen diſpoſitio ſignificat bene eandem: ſed hoc eſt prout illa res de facili eſt mobilis a ſubiecto. ⁊ nō habet eſſe fixum in eo. verbi gratia, eadem ſanitas prout eſt radicata in ſubiecto: dicitur habitus: prout autē nō eſt radicata in ſubiecto dicitur diſpoſitio. ⁊ non habet eē fixū in eo ⁊ ē de facili mobilis a ſbīo. ¶ Deinde notādū ē ꝙ qualitatū de prima ſpecie quedam dicunt qualitates corporis: quedaꝫ vero anime: corporis ſicut ſunt ſanitas ⁊ egritudo; anime ſicut ſcientia. q̄litatū: corpoꝝ. Quedā conſiſtunt in proportiōe qualitatū primaꝝ ſicut ſanitas: ⁊ egritudo. Quedā autē in proportione qualitatū ſecūdarū: ſicut colores pulchritudo ⁊ turpitudo. Quedā autem in proportione ſonorū ſicut melodia ⁊ conſonantia. Qualitatū autē aīe: quedam ſunt in appetitu ſicut ſunt virtutes morales ⁊ vitia. Quedam aūt in intellectu: ſicut ſcientia vel habitus ſibi oppoſitus ſicut error. ¶ Tunc ſit ꝑma concluſio ad qualitates corporales de prima ſpecie non eſt per ſe alteratio: nec motus: probatur nā dictū eſt quinto huius ꝙ mot9 non eſt per ſe in ad aliquid: mo Tex. cō. 10.
do ſicut iam dicebaꝛ qualitates corporales de ꝑma ſpecie conſiſtunt in proportione qualitatū primaꝝ: proportio aūt eſt relatio ⁊ de ad aliquid. ergo ad qualitates corporales non eſt per ſe motus. ¶ Secundo ad ideꝫ ſanitas: que eſt vna de talibus qualitatibus non eſt niſi proportio debita qualitatū ꝑmarū: modo talis proportio non eſt acquiſibilis ſucceſſiue per partē poſt partem. ergo ad eam non eſt per ſe motus: nec alteratio: conſequentia tenet: ſed prima pars antecedētis patet ex dictis: ſed ſecunda pars probatur ex eo: ꝙ qualitas poteſt ꝯſequi ſoluꝫ motū ſm̄ vnā qualitatē talis proportionis: que eſt ſanitas. Si enī iam qualitates prime eſſent taliter proportionate ꝙ non eſſet ſanitas propter nimiā remiſſionem caliditatis: tunc ad ſolam īmenſioneꝫ caliditatis ſequiꝛ talis proportio: que eſt ſanitas. ¶ Tertio ad illud non eſt per ſe motus: quod dicitur in reſpectu ⁊ in alteratione ad ſubiectuꝫ: ⁊ ad tempus: ſed ſic eſt de qualitatibus corporalibus prime ſpeciei. ergo ⁊c. maior eſt nota: minor patet de ſanitate: nā eadē diſpoſitio vel ꝯſimilis: que eſſet ſanitas in homine eſſet infirmitas in piſce. Si diceret aliquis ſi ſanitas ſic diceretur in relatione ad ſubiectum ⁊ ad tempus ſequeretur ꝙ ſanitas eſſet in predicamento relationis: modo hoc eſt falſum cum ſit in predicamento qualitatis. ¶ Reſpondetur ꝙ licet hec nomina ꝯnotēt tales proportiones ⁊ relationes in qualitatibus: tamen quia ꝑdicantur in quale ſm̄ earum concreta de ſubiectis dicuntur eſſe in predicamento qualitatis. Et eſt ſciēdū ꝙ non omnes termini qui includunt reſpectus in eorum diffinitionibus ſunt in predicamento relationis: ſed ſoluꝫ illi qui predicantur de ſubiecto cum habitudine ad aliquod tertiū predicamentū: modo ſic non eſt de ſanitate ⁊ egritudine: nam pfecta eſt predicatio ſoꝛ. eſt ſanus: vel ſoꝛ. eſt eger: ſed non eſt pfecta predicatio ſoꝛ. eſt pr̄ niſi intelligatur aliquod tertiū. ſ. filius. ¶ Quarto poteſt argui ad ꝯnem aliq̄ſi remittitur ſanitas: ⁊ tñ ille res: q̄ ſunt ſanitas intendūtur: ⁊ hoc nō eſſet niſi ad ſanitatē: que eſt q̄litas corporalis de ꝑma ſpecie nō eēt per ſe alteratio: aſſumptū pꝫ ſimili: naꝫ aliquando remittitur ſimilitudo: ⁊ tamē ille res que ſunt ſimilitudo intendunt: verbi gr̄a poſito ꝙ ſoꝛ. ⁊ Plato eſſent ſimiles in albedine: ⁊ vtriuſqꝫ albedo eſſet ſicut duo: tūc remittitur ſimilitudo: ſi albedo vnius intendiꝛ ꝙ ſiat ſicut tria: ⁊ alterius ꝙ ſiat ſicut quinqꝫ. ¶ Secūda concluſio ad qualitates aīe de ꝑma ſpecie non eſt per ſe alteratio: nec motus: ꝓbatur ex eo ꝙ ſunt ad aliquid: modo ad talia ex quīto huius nō eſt per ſe motus ſicut ibidē declaratū eſt: ⁊ aſſumptū pꝫ ex eo ꝙ illa ⁊ cōſimilis qualitas: que eſt virtus in vno eſt vitiū in alio: ⁊ que eēt virtus in vno tēpore: eſſet vitiuꝫ in alio tēpore: ⁊ ideo q2 virtus ⁊ vitiū dicunt in reſpectu ad tēpus ⁊ ad pſonam ⁊ alias circūſtantias: ſm̄ dictamē rōnis ſequit ad hm̄ōi non eſſe per ſe motū nec alterationē. ¶ Secundo: nā virtus cōſiſtit in indiuiſibili ſicut rectitudo ⁊ circulus. ergo ad ipſam nō eſt per ſe motus: ꝯñtia tenet: ⁊ antecedens eſt; Ar. in littera. ¶ Tertio eadē qualitas abſqꝫ hoc ꝙ intendatur: vel remittatur ꝓpter alias circunſtantias modo eſt virtus: ⁊ poſtea vitiū. ergo ad virtutes: ⁊ vitiū nō eſt per ſe alteratio: ꝯñtia tenet ex eo ꝙ iſta nomina virtus ⁊ vitium poſſunt ſucceſſiue de aliquo, verificari abſqꝫ mutatiōe facta in illo: licet ſit facta mutatio in alio: aña patet: nam circūſtantie

nam circunſtantie alie ⁊ alie bene faciūt actus omnino ſimiles: vnum eſſe vitioſum: aliū eſſe virtuoſu𝔷: vt ſi ego darem panē pp deū: ⁊ tu pp vanā gloriam: tu ⁊ ego faceremus actus oino ſimiles. ſ. dare panē: ⁊ tñ meus eēt bonus: ⁊ tuus eſſet malus ⁊ meus fieret bene ⁊ tuus male: ita alie ⁊ alie circunſtātie poſſunt facere ꝙ eadē vel conſimilis qualitas: modo eſſet virtus poſtea vitiū ⁊ in vno virtus: ⁊ in alio vitiū. ¶ Deinde arguit̄ de ſciētia ꝙ ad eā nō eſt per ſe alteratio: probat̄ illud qđ pt verificari de aliquo: ⁊ incipe falſificari de eodē abſq𝔷 mutatione facta in illo ⁊ in iſto ſm rationē iſtius ad aliquid nō d𝔷 per ſe motus: ſed ſic eſt de ſciētia: ergo maior eſt nota: minor pbat̄: nā poſito ꝙ in mēte mea ſit aſſenſus ad illa𝔷 ꝯcluſionē. omnis aſinus eſt aial. tunc de illo aſſenſu iā ve𝔯 eſt dicere ꝙ eſt ſciētia: deinde oēs aſini corrumpant̄ adhuc eodē aſſenſu remanēte in aīa mea tunc ampli⁹ de illo aſſenſu falſum eſt dicere ꝙ ſit ſcia. ſit ergo idē aſſenſus mō eſt ſcia poſtea non eſt ſcia abſq𝔷 hoc ꝙ ſit facta aliqua mutatio in ipſo l𝔷 bñ ſit facta mutatio in alia. ſ. in re vel in rebus extra. ¶ Ad idē ſcia acquirit̄ in quiete ⁊ nō in motu ⁊ hoc nō eſſet ſi ad eā eſſet motus p ſe: aſſumptu𝔷 p𝔷 ex eo ꝙ motus ⁊ perturbatio ſpirituū impedit acquiſitione𝔷 ſcientie. ſm ꝙ p𝔷 in ſenibus ⁊ in iuuenibus: ⁊ pp hoc d𝔷 ꝙ anima ſeta quieſcendo fit prudens ⁊ ſapiens ⁊c̄.

Quantū ad ſcđm de qualitatib⁹ de ſcđa ſpecie ſit iſta ꝯcluſio ꝙ ad eas nō eſt per ſe mot⁹: probat̄ nā ſcđa ſpēs qualitatis eſt nālis potentia vel ipotentia: aliquid de facili vel de difficili faciendi vel patiēdi: mō facile dicit̄ ad aliquid: facile enī vni alteri bene eſt difficile: ſed ad iſta que dicunt̄ ad aliquid: nō eſt p ſe mo-

Tex.cō.30. tus ſicut eſt oſtenſum in qnto huius. ¶ De qualitatibus de q̄rta ſpē ſit iſta cōcluſio ꝙ ad eas nō eſt per ſe mot⁹: pbat̄ q: in talib⁹ deficit ꝯtrietas que requiritur ad motu𝔷. ¶ 2° q: ꝯſiſtunt in indiuiſibili ita ꝙ ita cito deſinit eē talis figura per additionē: ⁊ diminutionem ⁊c̄. ¶ Ultima cōcluſio ad qualitates de 3ª ſpecie eſt per ſe motus: pbat̄. nā ad aliquā qualitatē eſt per ſe motus ſicut dictum eſt qnto huius ſed nō ad qualitates de pma ſpē: nec ad qualitates de ſecūda: nec ad qualitates de 4ª: relinquit̄ ergo ꝙ ad qualitates de 3ª ſpecie cum non ſint plures ſpecies qualitatis q̄𝔷 quatuor ⁊c̄.

Ad rationes pricipales: ad primā qñ dicitur ad colores ⁊ ſapores non eſt p ſe alteratio dicitur ꝙ immo: ⁊ quādo dicebatur non immediate acquiruntur ab ipſo alterante: ſed per modum ſequele: ergo ad ipſa eſt motus per accidens: dico ꝙ accidētalitas in motu poteſt attendi vel ex pte terminorum ſignificatiuorū vel ex parte rei: ſi attenditur ex pte rei: tunc ad huiuſmodi qualitates: que non ſunt qualitates prime ſed ſecunde bene eſt motus per accidens: ex quo acqrunt̄ per modum ſequele ad acquiſitionem qualitatum prima𝔯. ſi vo accñtalitas in motu attēditur ex pte terminorum ſignificato𝔯 tunc ad qualitates ſecundas de tertia ſpecie bene eſt per ſe motus: pp hoc ꝙ factis aliqbus motibus neceſſe ē fieri mutationē denominationis per nomina de tertia ſpecie qualitatis ſignificātia qualitates ſecundas. ¶ Ad qualitates de prima ſpē bene ē per ſe alteratio hic dico ꝙ hoc bene verū eſt: ſed hoc non eſt ſ𝔷 rationem ſm quā dicunt̄ eſſe de prima ſpecie: ſed ſm rōnē ſm quā dicunt̄ eſſe de tertia ſpecie. Deinde qua𝔷 dicebat̄ virtus ⁊ viciū acquirunt̄ ſucceſſiue concedat̄: ⁊ ſic ex hoc non ſequit̄: ꝙ ad ipſa ſit motus per ſe: nam licet ſimilitudo acquirat̄ ſucceſſiue: non tamen ex hoc ſequitur ꝙ ad ipſam ſit motus per ſe: ſicut dictum eſt quinto huius. ¶ Ad tertiā hoc eſſet: quia eſſet aliquid: iſta ratio ſoluta eſt in ſoluendo vnam dubitationem in poſitione. ¶ Ad quartam: in illis in quibus inuenit̄ contrarietas ⁊c̄. iſta ratio bene pbat ꝙ in qualitatibus de pma ſpē ſit per ſe motus: ſed hoc nō eſt ſm rōnem: ſecundū quā ſunt de pma ſpē: ſed ſm quam dicūtur de tertia ſpecie ⁊c̄.

¶ Tex. cōmēti. xxxi.

¶ Quare conſiderandū eſt: que ſit differentia motus ⁊c. Q. ō. iiij.

Queritur quarto vtrum ad hoc ꝙ aliqua ſint cōparabilia: requirat̄ ꝙ ſint eiuſdē ſpeciei ſpāliſſime ⁊ arguit̄ ꝙ nō: nā homo ⁊ aſinus ſunt adinuicē cōparabiles: ⁊ tñ nō ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. ḡ queſtio falſa: ꝯñtia tenet de ſe añs pbat̄ quo ad pma𝔷 ptem: nā homo dicit̄ pfectior aſino: ſimilr̄ homo d𝔷 albior vel nigrior aſino: ecce cōparationē hominis ad aſinū. ¶ Tertio p𝔷 hoc de deo ⁊ diabolo: dicimus enim deū eſſe meliorē diabolo: ⁊ diabolum eſſe peiorē deo abſq𝔷 hoc ꝙ deus ⁊ diabolus ſint eiuſdē ſpēi: vel ꝙ in vtroq𝔷 bonitas vel malitia ſit eiuſde𝔷 ſpēi. ¶ Tertio ſubā ⁊ accidēs ſunt diuerſa𝔯 ſpēru𝔷: ⁊ tñ ſunt adinuicē cōparabilia: dicimus enī ꝙ ſubā eſt nobilior accidente: ⁊ ſimilr̄ prior. ¶ Quarto nō ſemp cā ⁊ cātū ſunt eiuſdē ſpēi: ⁊ tñ cā ⁊ cātū ſunt adinuicē opabilia: p𝔷 hoc nā dicim⁹ cām eē porē cāto. ¶ Quinto nō oēs mot⁹ ſunt eiuſdem ſpeciei: ſicut clarum eſt: ⁊ tñ omnes motus ſunt adinuice𝔷 comparabiles: quod pbat̄: q: quecunq𝔷 ſunt eadē mēſura mēſurabilia ſunt adinuicē cōparabilia: ſed oēs motus eadē mēſura ſunt mēſurabiles. puta tēpore. ergo ⁊c̄. ¶ Sexto clarū eſt ꝙ motus ſurſu𝔷 ⁊ motus deorſum ſunt diuerſa𝔯 ſpēru𝔷: ⁊ tñ hoc nō obſtāte ſunt ad inuicē cōparabiles: dicimus enī vnū eo𝔯 bñ eſſe velociorem alio. puta illu𝔷 quo inequali tēpore plus de ſpacio pertrāſit. ¶ Septio clarū eſt ꝙ triangulus ⁊ quadratū ſunt diuerſa𝔯 ſpērū: tñ ſunt adinuicē cōparabilia: p𝔷: nā ꝯtingit inuenire triangulū equalē quadrato: ſicut ꝯtingit in demōſtratione euclidis penultime dato triangulo equali quadrato. ¶ Octauo ſoꝛ. ⁊ Plato ſunt eiuſdem ſpēi: ⁊ hūanitas vni⁹ eſt eiuſdē ſpēi cu𝔷 hūanitate alteri⁹ ⁊ tñ ſoꝛ. ⁊ Plato nō ſūt adiuicē cōparabiles i hūanitate: nō. n. dicimus vnū eo𝔯 magis eſſe hoiem q̄𝔷 aliū q̄re ⁊c̄.

In oppoſitum eſt Ar. in iſto tractatu de cōparatione motuū. ¶ In iſta qōne. pmo aliqua ſunt notada. ¶ Secūdo rñdendū ad q̄ſitū. ¶ Notādū eſt pmo quid ſit cōparatio. vnde cōparatio eſt dua𝔯 re𝔯: vel ſaltē vnius ad alterā habitudo in aliquo ſ𝔷 equale vel inequale: caplēdo equale vel iequale large: put extēdit ſe ad equale vel inequale in quātitate ve in qualitate ſbali vel accidentali. ¶ Secūdo ad hoc ꝙ aliqua cōparent̄ adiuicē requirunt̄ tria. ſ. illud quod comparat̄ ⁊ illud cui comparat̄: ⁊ illud de quo ſit cōparatio: verbi grā: quū dicimus ſortem eſſe albiorē Platone: albedo eſt illud de quo ſit cōparatio. ſoꝛ. eſt illud qđ comparat̄. Plato eſt illud cui comparat̄: vel ad quod ſit comparatio. ¶ Tertio notandū eſt: ꝙ quandoq𝔷 ſit comparatio in vno imediato: quādoq𝔷 vero ſit comparatio imediate in duob⁹ mediate in vno: exemplū pmi ſoꝛ. eſt albior Platone imediate ſit comparatio in albedine. exēplū ſcđi quū dicimus ſoꝛ. eſt ita albus ſicut Plato niger hic ſit cōparatio imediate in duob⁹. ſ. in albedie ⁊ nigredine. ſed mediate ſit hic cōparatio in vno. ſ. in intēſione: q: quū d𝔷 ſortes. eſt ita albus ſicut Plato eſt niger: idē eſt dicere: ꝙ albedo ſortis ⁊ nigredo Platonis equaliter ſunt intēſe. ¶ Quarto notādū eſt: ꝙ illud de quo d𝔷 fieri cōparatio d𝔷 ſuſcipe magis ⁊ minus: ſeu d𝔷 eē ſignificabile per terminū ſuſcipiētē cōparationē: ⁊ iō q: humanitas nō ſuſcipit cōparationē magis ⁊ minus nō ſit cōparatio hoium in humanitate: nō enī dicimus vnū hominē eē magis vel minus hoiem alio. ¶ Quinto notan

Tex.cō.31.

dum: ꝙ illud de quo debet fieri cōparatio debet fieri in vtroqꝫ cōparabiliū: ⁊ ideo qꝛ bonitas nō reperit̄ in diabolo nō eſt bona cōparatio deus eſt melior diabolo: ⁊ qꝛ nullū malū reperit̄ in deo nō eſt bona cōparatio: diabolus eſt peior deo: ꝓpter hoc ſolent tales ꝓpoſitiones negari: deus eſt melior diabolo: qꝛ ſequeret̄ ꝙ diabolus eēt bonus: qđ eſt falſum: ⁊ ꝯñtia ꝓbat̄ ex eo ꝙ nō eſt bona nec vera cōparatio aliquoꝝ in aliquo: niſi tale reperiatur in vtroqꝫ cōparabiliū: ⁊ ſolent ꝯcedi tales: nihil eſt melius diabolo: ⁊ nihil eſt peius deo: ⁊ nō ſequit̄: ergo diabolus eſt optimus: ſed bene ſequeret̄: nihil eſt melius diabolo: ⁊ diabolus eſt bonus: ergo diabolus eſt optimus: ſed tunc ſcđa pars antecedētis eſt falſa. ¶ 6° notandū ꝙ duplex ē cōparatio. ſ. cōparatio cōīter dicta: ⁊ cōparatio ꝓprie dicta: cōparatio cōīter dicta reperit̄ in omnibus in quib⁹ ſolemus dicere hoc eſſe magis iſto: vel hoc eē magis tale: ⁊ vniuerſaliter vbicunqꝫ aliquod vnū ſuſcipiens cōparationē ē verificabile de vtroqꝫ cōparabiliū: ⁊ huiuſmodi comparatione bene cōparamus deū ⁊ hominē adinuicē: dicentes deū eſſe meliorē hoīe: ecce ꝙ hoc nomen bonus ē verificabile tā de hoīe: qꝫ de deo: ſed ad cōparationē ꝓprie dictā vltra hoc requirit̄ ꝙ fit ſꝫ determinatā proportionē: aliter nō eſſet cōparatio proprie dicta: ⁊ ideo qꝛ deus ſm nullā proportionē eſt melior hoīe: non dicimus deū ⁊ hominē eſſe cōparabilia adinuicē cōparatione ꝓprie dicta: ſed bene cōparatione cōīter dicta: ſed tripedale ⁊ bipedale bene ſunt cōparabilia adinuicē cōparatione proprie dicta qꝛ nō ſolum dicimus tripedale eē maius bipedali: ſed ēt cū hoc in quadā proportione: ſed qꝛ ſic nō eſt de angulo recto cōſtituto ex diametro alicuius circuli ⁊ ex linea cōtingente illū circulū proportionis illius anguli. nō ſunt adinuicē cōparabiles cōparatione ꝓprie dicta: vnde lꝫ ille angulus ſit maior iſto angulo portionis tñ ſm nullā proportionē eſt maior: quare ⁊c̄.

Quantum ad ſcđm ſit prima cōcluſio ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ſint adinuicē cōparabilia: nō opꝫ ea eſſe eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: pꝫ: nā hō ⁊ aſinus ſūt adinuicē cōparabilia in albedine ⁊ nigredine: ⁊ tñ ſunt diuerſarū ſpecierū. ¶ 2ª cōcluſio ad hoc ꝙ ſm aliquas diſpōnes fiat cōparatio requirit̄ illas eſſe eiuſdem ſpēi ſpecialiſſime: ⁊ hoc intēdebat Ar. in iſto 7° quū dicit cōparabilia debere eſſe vniuoca: hoc eſt diſpoſitiones ſꝫ quas fit cōparatio eſſe eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime: hoc intelligit̄ de cōparatione proprie dicta: pꝫ: nā ꝓpter hoc vocē eē acutiorē: vel minus acutā ſtilo non dicimus. Silr ꝓpter hoc nō dicimus mel eſſe dulcius voce: lꝫ vtrūqꝫ iſtorum dicat̄ dulce: dicimus eni vocē eſſe dulcē: ⁊ ſilr mel dicim⁹ eſſe dulce: nō tñ dulce dicit̄ vniuoce de voce ⁊ melle: vnde finaliter ſm ꝙ exprimimus cōparationē aliquoꝝ adinuicē: debet dici vniuoce de vtroqꝫ cōparabiliū. Et ꝓpter hoc ſequit̄ 3ª cōcluſio ꝙ ſm genus nō ſit ita proprie comparatio ſicut ſm ſpēm ſpālīſſimā: pꝫ hoc qꝛ in genere nō eſt tanta vniuocatio ſicut in ſpecie ſpālīſſima: vnde Ar.

Tex.cō.31. in iſto 7° dixit circa gña latere equiuocatiōes: ⁊ ꝓpter hoc licet dicamus vnum corpus eſſe magis albū alio: non tñ dicimus vnum corpus eſſe magis coloratum alio.

Ad rōnes principales ad primā ſcđaꝫ tertiam: ⁊ quartā pꝫ ex his que in in poſitiōe dicta ſunt. ¶ Ad quītā non oēs motus ſunt eiuſdē ſpēi ꝯcedo: ⁊ qñ dicebat̄ cum omnes motus ſunt adinuicē cōparabiles nego: ⁊ qñ dicebat̄ quecūqꝫ ſunt eadē mēſura mēſurabilia: ſunt adinuicē cōparabilia: dico ꝙ veruꝫ ē ſi ſūt eadē menſura menſurabilia mēſuratione que eſt ſꝫ adequationē menſure ad mēſuratum. Si aūt ſunt eadē mēſura menſurabilia: ⁊ hoc mēſuratione que eſt ſm ꝓportionalē diuiſionem menſure ⁊ menſurati. hoc non oportet ⁊ ſic eſt in propoſito: nā tali menſuratione tēpus menſurat motū ꝓpter hoc lꝫ omniū motuū ſit talis eadem menſura: nō tñ ꝓpter hoc opꝫ ꝙ omnes ſint adinuicem comparabiles. ¶ Ad ſextā dico ꝙ lꝫ mot⁹ ſurſum: ⁊ mot⁹ deorſum ſint diuerſarū ſpēruꝫ: tamen qꝛ velocitas dicitur de vtroqꝫ eoꝝ vniuoce: bene ſunt cōparabiles adinuicē cōparatione ꝓprie dicta in velocitate. ¶ Ad ſeptimaꝫ dico ꝙ qꝛ triangulus: ⁊ quadratū ſunt diuerſaꝝ ſpecierū inquantū figure: ⁊ nō tñ inquātū ſupficies: ⁊ ideo non ſm ꝙ ſunt figure: ſed ſm ꝙ ſunt ſupficies cōparant̄ adinuicem. ¶ Ad vltimū pꝫ ex vno qđ dicebatur vꝫ ꝙ illud in quo fit cōparatio ſit ſuſceptiuuꝫ magis: ⁊ minus. ſed qꝛ humanitas nō ſuſcipit nec magis: nec minus: lꝫ ſit eiuſdē ſpeciei in ſorte ⁊ in platone: non tamē ꝓpter hoc dicim⁹ ſortem eſſe magis hominē platone: deficit enim ibi illa ꝯditio. ſ. ſuſceptio magis ⁊ minus illius quod exiſtens eiuſdem ſpeciei reperitur in vtroqꝫ.

Qō. v.

Quantum ad primū ſciendū eſt: ꝙ quū querit an ſemp fuerit motꝰ: ⁊ ſemp erit motus: capiꝫ ſemp pro ꝯtinue ⁊ nō interciſe: vñ aliqñ illum qui oī die legali ſolet legere dicimus ſemp legere lꝫ interciſe aliqñ legat: ⁊ aliqñ nō: ſed ſic nō capiꝫ ſemp in ꝓpoſito. ¶ 2° ſciendū ꝙ ſlr nō accipiꝫ ſemp pro omni tempore: nam ſic ſ.n fidē noſtrā bñ eſſet ꝯcedendū ꝙ ſemp fuit motus. ſ. omni tp̄e. Sed capiꝫ hic ſemp ꝑpetualr vel eternaliter: ita ꝙ ſit ſenſus vtruꝫ ſemp fuit motꝰ ⁊ ſemp erit motus. i. an eternaliter fuerit motꝰ: ſic ꝙ ante quemlibet motū fuit motus: ⁊ poſt quēlibet motū erit motus. ¶ 3° ſciendū eſt ꝙ ſi nō ſemp fuiſſet motus: ſed aliqñ icepiſſet anteq̄ꝫ nullus fuiſſet: hoc pōt imaginari quadrupliciter vno mō ſicut primus motor ⁊ primū mobile ſimul incepiſſent: ⁊ cuꝫ incepiſſent incepiſſet motus. ¶ 2° modo ſic ꝙ primū mobile eternaliter fuiſſet: ſed ꝙ primus motor incepiſſet de nouo ⁊ ꝙ tūc icepiſſet motus: ⁊ etiā ꝑmus motus. ¶ 3° mō pōt imaginari ꝙ primus motor eternaliter fuiſſet: ſed ꝙ primū mobile de nouo incepiſſet ⁊ ꝙ tunc incepiſſet motus ⁊c. ¶ 4° modo pōt imaginari ꝙ tam primus motor: q̄ꝫ primū mobile eternaliter fuiſſent: ſed ꝙ primus motor nō ab eterno mouiſſet: ſed aliqñ incepiſſet mouere poſt quieteꝫ infinitā primi mobilis. Ex his principaliter notatis ꝯcluſio Ar. ⁊ Cōmentatoris ē iſta: ꝙ ſemp fuit motus ⁊ ꝙ poſt quēlibet motū erit motus. ⁊ ꝙ nunq̄ꝫ de nouo incepit motꝰ: nec nunq̄ꝫ deſinet motus. pro iſta concluſione Ar. probat vel ſalteꝫ ex ſuis principijs probari poſſunt quatuor concluſiones quibꝰ probatis inferꝫ principalis concluſio Ar. prima eſt iſta: non ſimul primus motor ⁊ primū mobile inceperūt. probatur: quia primus motor ⁊ primū mobile nunq̄ꝫ inceperunt ergo nō ſimul. ꝯñtia tenet: antecedens probatur: nam aliquod illoꝝ incepiſſet: vel ex aliquo vel ex nihilo nō pōt dici ſm: nam Ar. ⁊ Cōmē. ſupponunt pro principio ex nihilo nō poſſe fieri aliquid: nec poteſt dici primum: nam ſi primū mobile incepiſſet ex aliquo tunc ad ipſuꝫ mobile fuiſſet aliud mobile puta illud de quo fiebat. ⁊ ſic primū mobile nō fuiſſet primū quod implicat. ¶ 2° ſi incepiſſet ex aliquo hoc fuiſſet per generationē: ⁊ cum omnē generationē precedat alteratio ſequiꝫ ꝙ ante primū motuꝫ fuiſſet alteratio: ⁊ per ꝯñs illius motus: ⁊ ſic primus motus nō fuiſſet primus: quod iteruꝫ implicat. ſimiliter arguiꝫ de primo motore: ſi incepiſſet de nouo hoc nō potuiſſet fuiſſe a ſe ipſo: cum nihil ſe ipſuꝫ efficiat: ergo hoc oportuiſſet fuiſſe ab alio efficiente ſeu motore: ⁊ per ꝯñs primus motor nō fuiſſet primus qđ implicat. ¶ 2° concluſio: nō eſt verū primū mobile eternaliter fuiſſe ⁊ primuꝫ motorē incepiſſe. pbaꝫ: quia primus motor eternaliter fuit per oēs ⁊ nō incepit ſicut iam probatur: ergo concluſio vera. ¶ 3° concluſio nō eſt verū primum motorē eternaliter fuiſſe: ⁊ primū mobile de nouo incepiſſe: ⁊ ad eius inceptionē incepiſſe motū: probaꝫ q: primū mobile nō incepit: ergo cōcluſio vera: ꝯñtia tꝫ: añs probaꝫ: quia ſi icepiſſet: vel ex aliquo: vel ex nihilo. ergo. ¶ 4° concluſio non eſt verū primū motorē ⁊ primū mo mobile eternaliter ſimul fuiſſe: ⁊ primū mobile incepiſſe moueri poſt quietem infinitam primi mobilis: probaꝫ: nam ante inceptionē motus primi mobilis: vel primuꝫ mobile quieuiſſet naturaliter: vel violenter: nō pōt dici ꝙ naturaliter nam tunc oporteret ꝙ nunc moueret violenter: ⁊ etiā tūc prius fuiſſet motū: propter hoc ꝙ quies naturalis eſt terminus motus: ⁊ ſic ante inceptioneꝫ primi mobilis fuiſſet motus ⁊ per ꝯñs quē tu dicis eſſe primū nō fuiſſet primus: nec pōt dici ꝙ ante quieuit violenter: quia nullū violentū ita diu duraſſet: ⁊ etiā oēꝫ quietē violentā preceſſit aliquis motus: ⁊ per ꝯñs iterum ante primū motū fuiſſet alius. ¶ 2° ſi primus motor ⁊ primū mobile eternaliter ſimul fuerunt: licet primus nō eternaliter mouebat: ſed aliquādo incepit oportet ꝙ dimiſiſſet mouere ꝓpter aliquod impedimentū: quod oportebat prius amouere q̄ꝫ mouebat: vel indiguit alio ad mouēdum: quod oportuit prius aduenire q̄ꝫ mouebat: quod cūq̄ꝫ iſtorum dicatur concluditur ꝙ ante illuꝫ motum: quem tu dicis eſſe primum fuit motus: ⁊ per cōſequens primus motus nō erat primus. ¶ Iſtis quatuor cōcluſionibus poſitis arguitur ad concluſioneꝫ principalem. Si nō ſemp fuiſſet motꝰ vel icepiſſet aliqñ: vel ergo hoc fuiſſet ꝙ ꝑmus motor ⁊ primū mobile ſimul icepiſſent: cum quibus incepiſſet motus: vel hoc fuiſſet ꝙ primum mobile eternaliter fuiſſet: ⁊ primus motor de nouo incepiſſet ad cuius inceptioneꝫ incepiſſet motus: vel hoc fuiſſet ꝙ primus motor eternaliter fuiſſet ⁊ primuꝫ mobile de nouo incepiſſet: ad cuius inceptionem motus incepiſſet: vel hoc fuiſſet ꝙ tam primus motor: q̄ꝫ primū mo

bile eternaliter ſimul fuiſſet: ⁊ ꝙ motoꝛ primum mobile de nouo incepiſſet mouere poſt quietem infinitam nullum iſtorum poteſt dici. ergo ⁊c. maioꝛ eſt nota ex ſufficienti diuiſione: minoꝛ patet: nam non poteſt dici primuꝫ per primam concluſionem: nec ſecundum per ſecũdam: nec tertium per tertiam: nec quartum per quartam. Sic ergo reſponderent Ar. ⁊ cõmentatoꝛ. ¶ Et tunc reſponderent ad rationes in oppoſitum: ad primam quum dicebatur: ſequeretur ꝙ mundus eſſet eternus: ꝯcederent ꝯñtiam ⁊ ꝯſequens: ⁊ quum dicebatur actu eſſet multitudo infinita animarum negarent ꝯñtiam: nam dicerẽt ꝙ non eſſet niſi vna anima intellectiua omnium hominum: ⁊ dicerent ꝙ eſſet vnus certus numerus animaꝝ: ⁊ ꝙ eadẽ anima infinities fuiſſet humanata: ſeu fuiſſet in infinitis coꝛpoꝛibus humanis. ¶ Ad ſecundã negarent ꝯñtiam: ⁊ dicerent ꝙ multitudo dierum: que preceſſerũt non eſt maioꝛ multitudine annoꝛum qui preceſſerunt: ita ꝙ tot preceſſerunt dies quot anni: ⁊ non plures: quia quot anni in numero fuerũt finito dato qui preceſſerũt iſtis plures preceſſerunt dies. ¶ Ad tertiam ſequeretur ꝙ eſſet aliquod infinitum reſponderent ꝙ non eſſet inconueniens eſſe aliquod infinitum. quod contineat preciſe duo infinita ſibi inuicẽ continua: nihilominus illud continet infinities infinita equiualenter: ita ꝙ tempus infinitum continet preciſe duo infinita ſibi continua. ſ. totale tempus futuroꝝ: ⁊ totale tempus preteritoꝝ: nihilominus continet plura infinita equiualenter: naꝫ prima dies alicuius anni cum vltima eiuſdem ⁊ precedens primaꝫ cum ſequente vltimã: ⁊ ſic in infinitũ eundo ex vna parte a retro: ⁊ ex alia parte ad ante conſtituunt tempus infinitũ. ¶ Ad quartã dico ꝙ nullus eſt motus qui incipiat de nouo quin ipſum preceſſerit alius motus: ⁊ illum alius: ⁊ ſic vltra: nec eſt ſimile de animali ⁊ celo: naꝫ licet animali nõ repugnet incipere de nouo moueri: tamen repugnat celo ꝙ incipiat de nouo moueri: ſicut argutum eſt.

Quantum ad ſecundum. dico ꝙ ſm̃ fidẽ noſtrã ⁊ rei veritatẽ: aliquando incipit motus: quẽ non preceſſit aliquis motus: ⁊ hoc per iſtuꝫ medium ꝙ eternaliter fuit primus motus licet non eternaliter fuerit primuꝫ mobile: ſed aliquando inceperit: ⁊ tũc incipit motus. ¶ Ad rationes Ar. contra hoc reſpondetur: quando arguebatur. ſi aliquãdo incepiſſet vel ex aliquo vel ex nihilo: dico ꝙ ex nihilo ⁊ non incipit per generationẽ: ſed per creationẽ: ⁊ ideo negaret Ar. illud pncipiũ ex nihilo nihil fit. Sed adhuc foꝛtius argueret Ar. contra iſtam veritatẽ ſupponendo quod etiã credit fides noſtra ꝙ primus motoꝛ eſt imutabilis: ⁊ hoc ſuppoſito arguitur ſic: vel primus motoꝛ ſemper potuit facere primum mobile: vel non ſemper potuit facere primũ mobile. Si dicatur ſecundũ: hoc eſt contra fideꝫ noſtrã: ⁊ ſimiliter ſi non ſemper potuit: tunc ſequitur ꝙ primus motoꝛ eſt imutabilis. ſ. de non poſſe ad poſſe: quod eſt ꝯtra ſuppoſitionẽ: ⁊ ſic fuiſſet mutatus: ⁊ mutationẽ quã dicimus eſſe primã: non fuiſſet prima. Si auteꝫ dicatur ꝙ ſemper potuit facere: tunc arguitur ſic: vel cũ hoc ꝙ ſemper potuit ſemper voluit: vel non ſemper voluit. ſi dicatur ꝙ ſemper voluit: ſequitur ꝙ primus motoꝛ ſemper fecit primũ mobile: quod eſt contra te. Si autem dicatur ꝙ non ſemper voluit: tunc aliquãdo produxit ⁊ aliquãdo voluit: ſequitur ꝙ tunc mutabatur de non vele producere ad velle ꝓducere: ⁊ per cõſequens eſt mutabilis: quod eſt contra ſuppoſitionẽ. ¶ Reſpondetur ꝙ pmus motoꝛ ſemper potuit producere primũ mobile: ⁊ ſimiliter ſemper voluit producere: prout ly ſemp determinat hoc verbũ voluit: ſed non prout determinat hoc verbũ producere: nec ex hoc ſequitur ꝙ ſemper produxit recte in ſimili ſicut tu potes ex nunc velle cras ire ad foꝛum ⁊ ſi cõtinuetur tibi iſta voluntas ⁊ nõ muteturcras de nouo ibis ad foꝛum. ita primus motoꝛ ſemp voluit producere primũ mobile de nouo: que voluntas cõtinuabatur vſqꝫ quo produxit ipſuꝫ de nouo: abſqꝫ hoc ꝙ ex hoc fuiſſet aliqua mutatio facta in primo motoꝛe.

¶ Tex. cõmẽti. xiij.

¶ Et coꝛruptibile, igitur indigebit coꝛrumpi: vt coꝛrũpatur ⁊c. Q. õ. ij.

Queritur conſequẽter ſecũdo vtrũ aliquis mot⁹ ſit eternus: ⁊ arguit primo ꝙ nõ. omnis motus eſt inter cõtraria: ergo nullus motus eſt eternus antecedẽs pꝫ p Ar. quinto huius: ꝯſequẽtia probatur: quia inter quelibet ꝯtraria eſt diſtantia finita: ergo quocũqꝫ motu dato. quũ pertingit alterum contrarioꝛuꝫ ad quod finitur ⁊ terminat. ⁊ per conſequens non eſt eternus. Sed diceret aliquis ad iſtaꝫ rationem licet inter quecũqꝫ contraria ſit diſtantia finita tamen quũ mobile mouetur de vno contrarioꝝ attingens alterũ: per reflexioneꝫ: e conuerſo poteſt moueri ad illud a quo incipit: ⁊ iterũ reflecti ⁊ ſic perpetue ergo. licet inter huius quecũqꝫ contraria ſit diſtantia finita: tamen videt ꝙ per reflexionẽ poſſit iter ea perpetuare. ¶ Breuiter iſta reſponſio nõ valet propter hoc ꝙ motus quoꝝ vnus eſt ante reflexionẽ ⁊ alius poſt ſunt contrarij: ſimiliter neceſſe eſt inter eos intercipi quietẽ mediã: ſicut poſtea videbitur: propter quod ex eis non poteſt conſtitui vnus motus. ⁊ propter hoc adhuc nullus motus poteſt eſſe perpetuus ⁊ continuus qui eſt inter contraria: ſaltẽ cõtinuus ex motu: qui eſt ante reflexionẽ: ⁊ motu: qui eſt poſt. ¶ 2° ſi aliquis motus eſſet eternus: hic maxime eēt motus celi: ꝯſequens eſt falſum: falſitas pꝫ: quia nullus motus celi eſt perpetuus: ergo falſuꝫ eſt ꝙ motus celi ſit perpetuus: ꝯñtia tenet: antecedẽs probat: quia nec reuolutio hodierna eſt perpetua: nec reuolutio craſtina. ſimiliter quibuſcũqꝫ reuolutionibus datis: ex eis nõ conſtituitur motus infinitus: nec perpetuus: ſed finitus. ¶ 3° ſi aliquis motus eſſet infinitus in duratione videt ꝙ ille eſſet fruſtra: ſed hoc eſt falſum: cum deus ⁊ natura nihil agant fruſtra: ⁊ probat ꝯſequentia: nam omnis motus tendit ad aliqueꝫ terminũ quo habito ceſſat ille motus: ſi ergo aliquis motus eſſet perpetuus hoc videtur eē pro tãto ꝙ nunqꝫ attingit ad terminũ ad quẽ tendit: ⁊ ſic videtur talẽ motũ eſſe fruſtra. ¶ 4° ſi aliquis motus eſſet eternus: vel ille eſſet naturalis vel violentus: non poteſt dici ꝙ ſit violentus ꝓpter hoc ꝙ nullũ violentũ perpetuũ: nec põt dici ꝙ naturalis ꝓpter hoc ꝙ ſicut pꝫ primo celi: oĩs motus naturalis eſt in fine velocioꝛ qꝫ in principio. ſic tunc omnis motus naturalis haberet fineꝫ: ⁊ per conſequens nullus mot⁹ naturalis eēt perpetuus. ¶ 5° nulla quies eſt perpetua: ergo nullus motus. ꝯſequẽtia tenet a ſimili: naꝫ videtur ſic eſſe de motu: ſicut de quiete: ⁊ ꝯñs pꝫ ex eo ꝙ omne quieſcens eſt mobile: omne autẽ mobile aliquãdo mouetur: aliter eniꝫ eius potentia ad motuꝫ fruſtraret: ⁊ ſic tunc aliqñ deſineret quieſcere: ⁊ per ꝯñs nõ poteſt eius quies eſſe perpetua. ¶ 6° impoſſibile eſt fieri: quod impoſſibile eſt factũ eſſe: per Ar. in ſexto huius ⁊ primo celi: ſed impoſſibile eſt factũ eſſe aliquem motũ perpetuũ. ergo impoſſibile eſt fieri aliquẽ motum perpetuũ. ꝯñtia pꝫ ex eo: ꝙ quocũqꝫ motu facto ille eſt finitus ⁊ terminatus ⁊ per ꝯñs nõ eternus. ¶ 7° nullum coꝛruptibile eſt eternũ: omnis mot⁹ eſt coꝛruptibilis. ergo nullus motus eſt eternus: maioꝛ eſt nota ex eo ꝙ omne coꝛruptibile aliqñ coꝛrumpetur: vt pꝫ primo celi: minoꝛ patet ex eo ꝙ omnis motus ſtat in continua generatione ⁊ coꝛruptione.

Tex. cõ. 6.

Tex. cõ. 24

In oppoſitum

Tex.cõ.13. In oppoſitum eſt Ariſ. qui videtur cõcedere aliquem motu; eſſe eternũ: ſcilicet motum primi mobilis. ¶ Ad iſtam queſtionem reſpondendum eſt primo ſm Ariſ. ¶ 2° reſpondendũ eſt ad eam ſm veritatem.

Quantum ad primu; ſit prima concluſio ꝙ hec eſt falſa: aliquis motus eſt eternus: ꝓbata eſt per ſecundam: ſextam: ⁊ ſeptimam rõne;. ¶ 2ª ꝯcluſio eſt: ꝑpetue ⁊ eternaliter eſt aliqᷓs motus ad iſtum ſenſu; ꝙ aliquid ꝑpetue mouebatᷓ: ⁊ ꝑpetue mouebatᷓ: ſicut eſt ipſum celum. Et iſtam ꝯne; intendit Ariſ. qui dicit motum eſſe eternũ: ⁊ nititur eam ꝓbare: tam ex parte mobilis q̄ ex parte motoris: ſicut aliqualiter viſum eſt in ꝓcedenti queſtione: ⁊ vltra hoc qḋ viſu; eſt ibi: adhuc Ariſ. nititur ꝓbare eandem cõcluſionem: ſic non eſt dare aliquam mutationem primã: ergo quelibet mutationẽ ꝓceſſit alia mutatio a parte ante ꝑpetua: ꝯſequentia tenet: antecedens ꝓbatur: nã; dicat aduerſarius ꝙ aliquã do de nouo primus motor incepit mouere primu; mobile: ⁊ ꝙ illa mutatio: ſeu motus fuit ꝓma: quia cõtinue ante nõ mouebatᷓ: ſed ꝓbatur ꝙ iſta mutatio nõ fuit prima: ex quo tunc primus motor mouebat: ⁊ ante nõ. ſequitur ꝙ tunc primus motor aliter ſe habuit ad primũ mobile q̄ ante ſe habebat: ſed hoc non poterat eſſe ſine mutatione: quare videtur ꝙ ante mutationem quam aduerſarius dat fuerit mutatio prior. ¶ Breuiter tenendo veritatẽ ꝙ nõ eternaliter fuit mundus: iſta ratio ſolueretur. cõcedendo eſſe primã mutatione;: ⁊ quando arguitur ꝙ quando ꝓmus motor mouet illa mutatione. tunc aliter ſe habet ⁊c̄. Sed vlterius dicitur ꝙ hoc non eſt per aliam mutationem a mutatione prima. vnde prima mutatio eſt illamet mutatio qua primus motor aliter ſe habet ad primũ mobile q̄ prius ſe habuit. ¶ Secundo adhuc Ariſ. nititur probare iſtam concluſionem: ex parte temporis: ⁊ hoc ſic: tempus eſt etern: ergo ⁊ motus. antecedens ꝓſupponit eſſe verum: ⁊ ꝯñ a probatur ex eo ꝙ tẽpus eſt ꝓpria paſſio motus: mõ ſi ꝓpria paſſio alicuius eſt eterna ipſum eſt eternũ. ¶ Breuiter iterum tenendo veritatẽ ſoluit ratio. negando ꝙ tempus ſit eternum. vnde dicendum eſt ꝙ tempus incepit quando primus motor incepit mouere primũ mobile ex eo ꝙ tempus nõ eſt aliud q̄ motus primi mobilis. ¶ Adhuc tertio predicta concluſio poteſt ꝓbari ab effectu: nam in perpetuum erit generatio ⁊ corruptio in iſtis inferioribus: ⁊ fuit: igitur perpetue celum mouebatᷓ ⁊ mouebitᷓ: ꝯñia tenet ex eo ꝙ mot9 celi eſt cã gñationis ⁊ corruptiõis in iſtis iferioribus ſicut videmus: ꝙ ſm acceſſum: ⁊ receſſu; ad nos ſolis in obliquo circulo ſunt alie ⁊ alie gñatiões:

Tex.cõ.17. ⁊ corruptiones: añs pꝫ: ⁊ ponit Ariſ. in 2° de gñatiõe. Dicendum eſt ad iſtud ſm veritatẽ negando aſſumptũ. ſ. ꝙ ꝑpetua ſit gñatio in iſtis inferiorib9. ¶ 4° adhuc ꝓdicta ꝯcluſio poſſet perſuaderi: na; deus eſt ens optimũ ⁊ nobiliſſimũ: ergo bñ poſſe eſt ipm ſemꝑ fuiſſe: ⁊ ſemꝑ fore: in ſtatu nobiliſſimo: ⁊ excellentiſſimo: ⁊ cu; ipm dominari multis ſit in ſtatu ꝑfectiori q̄ ipm dominari paucis vel nullis: videtur ꝙ ſemꝑ dominabatᷓ: ⁊ denominatᷓ multis. ſicut iam dominatᷓ: ⁊ ſic videtᷓ ꝙ fuit mundus ⁊ erit: ⁊ per ꝯñs motus. ¶ Ad iſtam perſuaſionẽ reſpondetur ꝙ ita ante dominabatᷓ multis ſicut modo: quia omnia erant in ſua poteſtate: ſm ꝙ modo ¶ Adhuc quinto poteſt eadẽ ꝯcluſio ꝑſuaderi: qꝛ cu; deus ſit optimus: videtᷓ ꝙ ſemper debebat nobis ꝑficere cum hoc põt ſine labore ⁊ pena eius: ſed ſi ſemꝑ fuiſſet mundus. ſemꝑ entibus alijs a ſe ꝑfeciſſet: ⁊ hoc ſine labore eius: ergo hoc ſemper debebat feciſſe. ¶ Rñdetᷓ ꝙ verꝫ eſt ꝙ ſemꝑ debeat hoc feciſſe ſi fuiſſet ad hoc obligatus: ſed quia non fuit non fecit niſi ſicut voluit: ⁊ ſibi placuit: nec ex hoc iniuſte egit. ¶ Adhuc ſexto poſſet perſuaderi predicta concluſio: nam illud quod melius eſt ponendu; in natura: ſed melius eſt nos ſimul ⁊ deum eſſe q̄ deum eſſe ſolum: ergo videtur ꝙ ſemper ita fuit. ¶ Reſpondetur ꝙ lꝫ deum eſſe ⁊ mundum eſſe ſit melius q̄ deum eſſe ſolum: non tamen melius ſimpliciter: vnde ex hoc ꝙ deus eſt cum mundo nõ eſt mũdus melior: nec hoc eſt meli9 deo q̄ ſi ſolus ſit.

Quantum ad ſecundum dicendum eſt ſm veritate; ꝙ aliquando incepit motus ⁊ nunq̄ ante fuit motus: ⁊ iſte motus incepit in mũdi creatione: breuiter iſtud non poteſt ex ſenſibilibus ⁊ naturalibus rationibus deduci: ſed ſolum fide conceditur ⁊ tenetur Ariſ. ⁊ cõmentator tenentes aliam viam ſoluerent rationes ante oppoſitum. ¶ Ad ꝓmam dicerent concedendo omnem motum eſſe inter contraria: que quidem contrarietas ſufficit ad motum: negant tñ omnem motu; inter contraria: que quidem contrarietas impediret ꝯtinuationem: ⁊ perpetuationem motus: vnde dicerent motum circularem non eſſe inter talia contraria: ſed omnẽ aliũ motũ cõcedrent hoc. ¶ Scḋa ratio fuit pro ꝓma concluſione. ¶ Ad tertiã reſponderent q̄ motor mouẽs motu perpetuo non mouet propter aliquid quo caret: ſed mouet ꝑpter aliquid quod habet. ſ. ꝑpter ſui ꝑfectionem manutenendam: ⁊ ideo non attendit ad aliquẽ terminum: quantũ eſt ex parte temporis vel loci: ⁊ per ꝯñs perpetuo durabit abſq; hoc ꝙ fiat fruſtra. ¶ Ad quartũ vel eſſet naturalis: vel violentus: reſpondetur ꝙ eſt nãlis: ⁊ quã dicitᷓ omnis naturalis eſt velocior in fine q̄ in ꝓncipio hoc intelligitur de motu naturali locali recto: ſicut eſt motus grauium ⁊ leuium: nõ aũt intelligitur de motu circulari. ¶ Ad quintam dico ꝙ non eſt ſimile de motu ⁊ quiete: quies enim habet rationẽ; priuationis: ⁊ motus rationem habitus. ¶ Sexta ⁊ ſeptima vadunt pro concluſione prima.

¶ Tex.cõmẽti.ij.

¶ Si igitur impoſſibile eſſe ⁊ intelligere tempus ⁊c. Qõ.iij.

Queritur tertio vtrũ perpetuo fuerit tempus: ⁊ arguitur ꝙ non: nam ſic ſequeretur ꝙ infinita eſſent ꝑtranſita: ſed hoc eſt falſum: nam hoc eſt cõtra rationẽ infiniti ex eo ꝙ infinitum dicitur illud quod non hꝫ fine;: ⁊ aliquid nõ dicitᷓ pertranſitũ niſi perueniatur ad eius finẽ: ꝯñtia tenet: qꝛ ſi ꝑpetuo fuiſſet tp̃s. ĩfiniti dies ⁊ ãni fuiſſent ꝑtranſiti.

In oppoſitum eſt Ariſ. ⁊ eius cõmentator in iſto 8° Breuiter ſicut dictu; eſt de motu: ita dicendũ eſt de tẽpore: nec iſta queſtio mota eſt ꝑpter aliud niſi ad videndum quaſdã rones Ariſ. ⁊ cõmentatoris ſumptas ex parte temporis ad ꝓbandum perpetuitatẽ motus. Et ideo ſicut ſm veritatẽ ⁊ fidẽ dicẽdum eſt de motu ꝙ aliquãdo incepit: ita dicẽdum eſt de tp̃e: ꝑpter hoc ꝙ tp̃s eſt idẽ cum motu ꝓmi mobilis. Sꝫ Ariſ. ⁊ cõmẽtator opinãtes ꝯriũ ꝯ hoc arguũt ſic: nã ſi nõ ꝑpetuo fuiſſet: ſed aliqñ incepiſſet: tũc icepiſſet in aliquo nũc: ſed cũ de rõne nunc ſit. ꝙ ſit initiũ alicui9 tp̃is ſalꝫ ſiniti ⁊ finis alterius. ſ. preteriti: ſeqret ꝙ ſi tp̃s icepiſſet i aliquo nũc ꝙ ante illud fuiſſet aliud tp̃s: cuius quidẽ alterius tp̃is illud nũc fuiſſet finis. ¶ Breuiter ad iſtã rõne; tenẽdo veritatẽ: dicẽdum eſt tp̃s aliqñ incepit anteq̄ nõ fuit aliud tp̃s: poſſet tñ ridere diſtiguẽdo de nũc: ſicut diſtinguitᷓ de pũcto: qḋdã eſt nũc initians: qḋdã vero nũc ꝯtinuãs recte ſicut aliquis pũctus initiãs linea;: ⁊ aliqᷓs pũctus ꝯtinuãs ptes linee: ⁊ tunc qñ dicebatᷓ ꝙ de rõne nũc eſt ꝙ ſit initiũ ⁊c̄. hoc eſt verꝫ de nũc ꝯtinuãte: ⁊ non de alio nũc. ¶ Sed breuiter contra hoc inſtat Cõmentator dicens non eſſe ſimile de pũcto ⁊ de nũc ꝑpter hoc ꝙ

Tex.cõ.11.

punctus tenet ſe ad ꝑmanentia: nunc vero ad ſucceſſiua: ſucceſſiua vero dicunt̄: q̄ alijs ſuccedunt. Si vero aliq̄d nūc eſt initiatiuū alicuius temporis: tunc illud tempus eſt ſucceſſiuū: ⁊ cum de ratione ſucceſſiui ſit alteri ſuccedere. ſequit̄ ꝙ alteri ſuccedat: ⁊ per ꝯſequēs nūc initians nō ſolū initiat: ſed etiā terminat ſupple illud tempus cui aliud tempus ſuccedit. cui⁹ illud nūc eſt initiū. ¶ Aliter poteſt reſponderi ad p̄dictā rationem negando nunc: ⁊ puncta indiuiſibilia in tempore: ⁊ in linea. Sed quum arguebat̄: ſi tempus incepiſſet in aliquo nūc incepiſſet: cōcedo in aliquo nūc. i. in aliqua parte temporis puta prima. ⁊ ſi arguit̄ ſit illa prima pars. a. admittat̄: tūc. a. eſt ens ſucceſſiuū: ergo alteri ſuccedit: ſic ergo ante. a. fuit aliud tempus ⁊ per ꝯñs. a. nō fuit ꝑma pars temporis. ¶ Reſpondet̄ quū dicit̄ ꝙ. a. eſt ens ſucceſſiuū: admitit̄ ⁊ quū dicebat̄: ergo alteri ſuccedit: dico ꝙ non ſemper. propter hoc dicit̄ ſucceſſiuū ꝙ alicui ſuccedat: ſed ideo: quia eius vna pars ſuccedit alteri: ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ dicat̄ ens ſucceſſiuū. ¶ 2° adhuc aliter argueret̄ ꝙ perpetuo fuerit tempus: ⁊ nō aliquando incepit: nam ſi aliquando incepiſſet aliq̄n verū eſſet dicere tempus nunc eſt ⁊ ante hoc nō erat. Sed cū ante ſit differentia tēporis: ſequit̄ ꝙ ante tempus erat ⁊ ſic in infinitū. ¶ Ad illud poſſet reſponderi ꝙ nō ſequit̄ ante t̄ps nō erat tempus: ſicut non ſequit̄. extra mundū nō eſt locus: ergo extra eſt aliq̄d: licet extra ſit differētia loci. Sed ſi argueret̄ ante tēpus nō erat t̄ps: vel ante mundi perfectionē non erat tempus: ergo ante ꝑfectionem mundi erat ante: ⁊ cū ante ſit differentia t̄pis ſequit̄ ꝙ ante mūdi perfectionem erat tempus. Reſpondetur ꝙ nō ſequit̄ t̄ps ante mūdi ꝑfectionem nō erat t̄ps ergo ante ꝑfectionē mūdi erat ante: eſt enim añs vna negatiua: que ad nō ſui verificationē non requirit aliquid poſitiuū in eſſe: ſiue in re ſignificata. Unde poſito ꝙ nullus eēt equus vel aſinus adhuc iſta eſſet vera equus nō eſt aſinus. Ita etiaꝫ q̄n nullū erat ante iſta erat vera: ante factionē mūdi nō eſt ante: ſimiliter iſta ante mūdi factionem nō eſt tempus: vel nō erat tēpus ⁊c̄. ¶ Quāuis iſta ſolutio bene ſatiſfaceret p̄dicto argumēto ī quo aſſumebatur ꝓpoſitio negatiua: tñ difficilius argueret̄: nō arguendo negatiue: ſed affirmatiue: naꝫ ſi aliq̄n t̄ps icepiſſet: ⁊ ſimiliter mundus: tunc verum eſſet dicere ꝙ deus erat ante mundi factionem. cuꝫ ante ſit differentia temporis ſequitur ꝙ ante mundi factionem erat tempus. ¶ Aliqui reſponderent ꝙ deus non fuit ante factionem mundi ſm tempus. ſed fuit ante ſm naturam. Sed iſta ſolutio non ſufficit: nam poſito ꝙ perpetuo fuiſſet mundus ante: adhuc deus fuiſſet ſm naturam: ſed ſi ponimus ꝙ mundus incepit aliter oportet ꝙ deus fuerit ante mundum q̄ꝫ ſi mundus ſit perpetuus: ſi ergo tunc fuiſſet ante ſecundum naturam: videtur ꝙ modo non ſm naturaꝫ: ſed aliter: ⁊ per conſequens videtur ꝙ ante ſm tempus. ¶ 2° nam deus prius q̄ꝫ fecit mundum potuiſſet feciſſe vnam fabam: tūc ſi hoc feciſſet illa faba fuiſſet ante mundum: ſed non ante ſm naturam: ergo ante ſm tempus: ergo videtur ꝙ ante factionem mundi fuerit tempus: ꝙ autem iſta faba non fuiſſet ante ſm naturam. patet hoc quia nihil dicitur eſſe ante aliud ſm naturaꝫ niſi habeat quandam cauſalitatem ſupra ipſum: modo talis faba non habet cauſalitatem ſupra mundum: ergo non fuit ante mundum ſm naturam. ſed ſm alium modum anterioritatis: vel prioritatis qui modus non videtur eſſe niſi prioritas ſm tempus: ergo videtur ante fuiſſe tempus. ¶ Alij ergo reſponderent ꝙ deus fuiſſet ante mundi factionem: non ſolum ſm naturam: nec etiaꝫ ſm tempus: ſed ſm eternitatem: ſed hoc non valet propter hoc ꝙ eternitas eſt tota ſimul: ⁊ idiuiſibilis. ⁊ ideo in ipſo nō eſt recipere prius ⁊ poſterius. ſic iſta ſolutio non valet ad argumentū factum de faba: nam illa faba de qua dictum eſt non fuiſſet ante mundum: ſm eternitatem: quia vel hoc intelligitur ꝙ illa faba fuiſſet ante ab eterno: vel intelligitur ꝙ illa faba fuiſſet in priori parte eternitatis q̄ꝫ mundus: nō pōt dici ꝑmuꝫ ꝓpter hoc ꝙ non fuit ab eterno: nec poteſt dici ſecūdū ꝑꝑ hoc ꝙ eternitas eſt tota ſimul ⁊ indiuiſibilis: in qua non eſt accipe prius ⁊ poſterius. ¶ Dicendum eſt ergo aliter ꝙ deus fuit ante mundi factionem: ⁊ ſimiliter illa faba ſi fuiſſet creata ad iſtum intellectum. ꝙ deus fuit mundo non exiſtente: ita ꝙ deus fuit ante factionem mundi: non ſolū ſm naturam: nec ſm eternitatem: nec proprie ſm tempus: niſi improprie ad iſtum ſenſum ꝙ deus fuit ante mundi factionem ſm tempus. i. in tanto deus fuit ante factionem mūdi quantum fuiſſet tempus: in quo deus fuiſſet mūdo non exiſtente: ſed de facto non fuit ibi tantū: nec quātum. ¶ Similiter ſi deus creaſſet vnam fabam ante mūdi factionem: in tanto fuiſſet ante mūdi factionem quantum fuiſſet tempus in quo iſta faba fuiſſet: mundo non exiſtente: ita ꝙ proprie non fuit ante: ſed ad intellectum predictum. ¶ Itaq꞉ imaginandum eſt: ꝙ ſi deus creaſſet homines eo ordine fuiſſent abſq꞉ hoc ꝙ creaſſet tempus: hoc enim potuiſſet feciſſe cum tempus ſit extrinſecum tēporalibus ꝙ ſi feciſſet adhuc fuiſſet adam ante filium ſuum: ⁊ ſic vltra ad iſtum ſenſum ꝙ adam tanto tempore fuiſſet ante filium ſuum: quantū fuiſſet tempus in quo adā fuiſſet filio ſuo nō exiſtente. Similiter proportionaliter eſt dicendum: ſi ante mundi factionem creaſſet quatuor angelos. a. b. c. d. vnum conſequenter poſt aliuꝫ: ita ꝙ. a. fuiſſet ante. b. in tanto quantum fuiſſet tempus per quod fuiſſet. a. non exiſtente. b. licet de facto nullū fuiſſet tempus: ⁊ ſimiliter licet de facto nullum fuiſſet tantum: vel quantum. Breuiter iſta excedunt noſtram imaginationem: propter hoc ꝙ imaginatio noſtra ſolū extendit ſe ad extenſa: ⁊ quanta: nihilominus intellectus: qui eſt inextenſus debet ⁊ poteſt iſta intelligere.

Ad rationem factam in oppoſitum reſponderet Ariſtote. non eſſe inconueniens infinitum a parte ante. licet non a parte poſt ꝑtranſitum: mō totale tempus preteritum: licet ſit infinitum a parte ante: tamen non eſt infinitum a parte poſt: quare ⁊c̄. ⁊ ſic patet ad queſtionem.

¶ Tex. cōmēti. xxj.

¶ Principiū aūt conſiderationis quod quidem eſt ⁊c. Q. ō. iiij.

QUeritur cōſequenter quarto verū omne corpus moueat̄: ⁊ arguit̄ ꝑmo ꝙ ſic de motu locali: nā ſi eſſet aliquod corpus quod non moueretur: ſꝫ quieſceret: hoc eſſet propter hoc: ꝙ illud corp⁹ eēt in loco ſuo naturali: ſꝫ hoc nō poteſt dici propter hoc ꝙ celum continue mouetur: nō obſtante ꝙ continue eſt in loco ſuo naturali. ſimiliter ignis ⁊ aer: qui eſt vltra ſummitates altiſſimorum montium iſta continue mouentur: ſm ꝙ patet per Ar. primo methaurorum: ⁊ tamen iſta ſunt in locis ſuis naturalibus. ¶ Secundo poſt q̄ꝫ ignis ⁊ aer: qui q̄dē eſt vltra ſūmitates altiſſimorum mōtium continue mouent̄: ⁊ ſimiliter aer: qui eſt infra continue per ventum mouetur: ⁊ ſimiliter aqua per fluxum in refluxum: videt̄ etiam ꝙ terra cōtinue moueatur ex quo alia tria elementa ꝯtinue ſic mouentur: ⁊ per conſequens mixta: que ſunt ſuper eam: ⁊ cum etiam celum continue moueatur localiter: ⁊ cū omne corpus ſit elementum vel mixtum vel celum: videtur ꝙ omne corpus moueatur localiter. ¶ Adhuc poſſet cōfirmari ꝙ terra continue mouetur: nam propter motuꝫ ſolis circa terram continue terra vna vſq꞉ caleſit: ⁊ leueſit: ⁊ alia

fit: ⁊ alia vice frigeſit: ⁊ graueſit: ⁊ ex alia parte ecõuerſo: ⁊ cũ centrum grauitatis debet eſſe centrum mundi: ⁊ cum continue propter talem alterationem terre a ſole fiat aliud ⁊ aliud centrum grauitatis terre: videtur ꝙ etiã terra debet moueri ad finem: vt ſemper centrum ſue grauitatis ſit medium mundi. ¶ Deinde tertio arguitur de alteratione: ſcilicet ꝙ quodlibet corpus moueri poteſt motu alterationis: primo patet de celo: nam continue alteratur alio ⁊ alio lumine: ſecũdo probatur idem de omnibus que ſunt infra celũ: nam continue celuꝫ agit in ea deꝫ calefaciendo per acceſſuꝫ ſolis ad ea. ⁊ frigefaciendo per receſſuꝫ ſolis ab eis. ¶ 3° probatur hoc ſpecialiter de mixtis. naꝫ mixta habent in ſe contrarietatẽ ꝑpter quaꝫ continue alterantur.

Tex.cõ.21. ⁊.50. **In oppoſitum** vult Ari. in iſto octauo: vult enim ꝙ aliq̃ ſemp mouent ⁊ aliqua ſemp quieſcunt. ¶ 2° nam apparet ad ſenſuꝫ aliqua ſemper quieſcere: etiam apparet ſenſui hoc de terra: ergo non eſt dicendum omnia moueri. propter hoc ꝙ ſenſui apparet aliqua quieſcere.

Tex.cõ.3. ¶ 3° nam 2° huius natura eſt principiũ motus ſicut ⁊ quietis: ergo aliqua quieſcunt ſicut aliqua mouentur. ¶ 4° non omne motiuum mouet: ergo nõ omne mobile mouetur: ꝯſequentia tenet ex eo ꝙ motiuum ⁊ mobile ſe habent ſicut potentia actiua ⁊ potentia paſſiua: que ſibi mutuo correſpondent: ⁊ antecedens probatur: nam aliquod motiuũ eſt potentia fatigabilis ⁊ per conſequens aliquando ceſſat a motu. ¶ 5° aliquis motus poſtq̃ non eſt infinitus pertingit terminum ad quem mobile tendit mediante illo motu: ſed illo termino habito ille motus ceſſat: ⁊ per conſequens illud mobile non continue mouetur: ſed aliquando quieſcit. ¶ 6° alique mutationes fiunt propter quietem: modo ſi nulla quieſcerent nec poſſent quieſcere ille mutationes eſſent fruſtra. ¶ 7° aliquando mobile mouetur ad aliquem terminum quo acquiſito ecõuerſo motu reflexionis mouetur ab illo. ſed quia neceſſe eſt mobile in termino reflexionis quieſcere: videtur ꝙ illud mobile aliquando quieſcit ⁊ per conſequens non continue mouetur. ¶ 8° non omne mobile mouetur: ergo nõ omne corpus mouetur: ꝯſequentia tenet ex eo ꝙ omne corpus eſt mobile: ⁊ omne mobile eſt corpus: antecedẽs probatur: nam antichriſtus eſt vnũ mobile. ⁊ tamen antichriſtus non mouetur: quia nõ eſt. ſed ꝙ ſit vnũ mobile patet: nam poteſt moueri: ergo eſt vnum mobile: conſequentia tenet ex eo ꝙ ly mobile ideꝫ eſt ꝙ illud quod poteſt moueri: ſed antichriſtus eſt mobilis: quia poteſt moueri: quia aliquando mouebitur. ¶ In iſta q̃ſtione primo ponã concluſiones quantũ tangit motũ localem. ¶ 2° quantum tangit motuꝫ alterationis: ⁊ ſic ſequitur primus articulus.

Quantum ad primuꝫ ſit prima concluſio poſſibile eſt quodlibet corpus moueri localiter. iſta concluſio primo patet de celo; nam celum de facto mouetur: ſimiliter patet de igne. ⁊ ſimiliter de aere. nam aer qui eſt vltra ſũmitates altiſſimorum montium mouetur ⁊ etiam aer qui eſt infra: ⁊ etiam de aqua ſicut arguebatur in vno argumento. Et ſimiliter pꝫ hoc de terra. nã poſſibile eſt ꝙ ꝯtinue exceſſus vni⁹ grauitatis terre puta medietatis ſup aliã ſit tant⁹ ꝙ totalis grauitas vnius medietatis hꝫ proportionẽ minoris inequalitatis ſuper grauitatem alterius medietatis terre vna cum reſiſtentia aeris: qui eſt ſuper aliam medietatem: ⁊ quando ſic eſſet terra moueretur: ⁊ ſimiliter mixta ſuper eaꝫ: ⁊ igitur poſſibile eſt: licet de facto non ſit: ꝙ quodlibet corpus moueatur localiter. ¶ Secunda concluſio non eſt ita de facto: nec eſt neceſſariuꝫ: ꝙ continue terra moueat: quia forte q̃uis aliquãdo vna medietas terre ſit grauior alia: tamen non propter hoc ſtatim pellit aliam ſurſuꝫ: ⁊ hoc propter reſiſtentiam aeris: qui quidem aer circundans medietatem minus grauem vna cum ea reſiſtit medietati grauiori. Ex his duabus concluſionibus colligitur ꝙ quodlibet corpus cõtinue moueri localiter ſit poſſibile: tamẽ hoc nõ eſt neceſſariũ: nec forte ſic eſt de facto. Quid ergo quo ad iſtud ſit dicendum de motu augmentatiõis ⁊ diminutionis: ⁊ ſimiliter de generatione ⁊ corruptione notum eſt de ſe.

Quantum ad ſecundũ. ſ. de alteratiõe: due ſunt opiniones: quaruꝫ prima eſt iſta: ꝙ nõ quodlibet corpus continue alteratur: adhuc loquendo de corporibus: que ſunt infra celũ: probatur hoc: nõ cuilibet corpori eſt continue applicatum ſuum contrarium. ergo non quodlibet corpus continue alteratur: conſequentia tenet ex eo ꝙ alteratio eſt a contrario in cõtrarium: ⁊ antecedens probatur de partibus terre centralibus: ſimiliter de partib⁹ ignis in ſpera ſua. Et iſti de iſta opinione vna cum tenentibus concluſiones poſitas in primo articulo habent reſpondere ad factas in q̃ſtionis principio ante oppoſitum. Et ad primam ſi non omne corpus mouetur localiter hoc eſſet: quia eſſet in loco ſuo naturali. dico ꝙ non eſt ſolũ ꝑpter hoc: ſed etiam propter hoc ꝙ aliquando deficit mouens. ¶ Ad aliaꝫ dico: ꝙ non eſt ſimile de terra: ⁊ de alijs elementis: ꝑpter hoc ꝙ terra non eſt ita fluuida nec mobilis ſicut alia elementa: ſed magis conſtans ⁊ ſolida: ergo non obſtante: ꝙ iſta tria elementa moueantur localiter: ipſa poteſt quieſcere. Ad confirmationem ꝙ terra continue moueatur; nam continue ex vna parte leueſcit: quid ſit dicendum ad iſtaꝫ rationem patet ex probatione ſecũde cõcluſionis. ¶ Deinde quã arguitur de alteratione: dico de celo: ꝙ ſit continue alteratio ꝛ hoc eſt non eſt de alteratiõe corruptiua: ſeu diſponente ad corruptionem modo illo: quo dictuꝫ eſt prius non quodlibet corpus continue alterari intelligunt de alteratione a contrario: que non poteſt eſſe niſi cum alicuius corruptione. ¶ Deinde ad aliam: qua probatur vniuerſaliter quodlibet corpus infra concauum continue alterari; nam celum continue agit in iſta inferiora: diceretur ꝙ hoc verum eſt ipſa alterando: vel ipſa conſeruando in ſtatu eorum: modo ex hoc non ſequitur ipſa continue alterari: alteratione corruptiua: vnde celũ conſeruat ea aliquando in eorum ſtatu: ſed tunc aliquãdo venit vna conſtelatio alterans ea: ⁊ diſponens ea ad corruptionem. ¶ Ad aliam quã arguebatur de mixtis iſti bene concederent de mixtis hetrogeneis: ꝙ continue eſſent in alterari: negarẽt m̃ hoc de homogeneis. ¶ Alia opinio eſt de alteratione: que ponit primo iſtam concluſionem ꝙ quodlibet corpus infra celuꝫ continue alteratur: probatur hoc ex eo ꝙ celum continue agit in iſta inferiora vno tempore calefaciendo ⁊ alio tempore frigefaciendo: vno tempore humectando: alio tempore deſiccãdo: licet nõ ſemper talis alteratio appareat ſenſui. ¶ Et ſit ſecunda concluſio: ꝙ non oportet: ꝙ ſi talis alteratio non appareat ſenſui: ꝙ igitur talis alteratio non ſit: patet in ſimili: nam vna parua vmbra vnius parue ſtelle non apparet ſenſui moueri: ⁊ tamẽ in rei veritate mouetur: ⁊ ſimiliter in horologio in vna pua hora aliqua rota non apparet moueri: licet in veritate moueatur ſic in propoſito de alteratione: licet quodlibet corpus infra celum continue alteretur: non tamen de quolibet corpore hoc percipit: ⁊ hoc propter tarditatẽ ipſius motus alterationis: vnde imaginanduꝫ eſt ꝙ materia prima continue alteratur ſicut celum continue mouetur localiter. ¶ Tenendo iſtam opinionem: quam credo veriorem reſpondendum eſt ad rationes in oppoſitum factas ⁊ primo ad autoritatem Ariſtotelis dicentis aliqua aliquando moueri: ⁊ aliqua aliquando quieſcere. hoc ipſe intellexit de motu locali; vnde ſicut patet per ſecundam

concluſionem primi articuli non eſt neceſſarium: nec de facto eſt ita ꝙ quodlibet corpus moueatur localiter. ¶Ad ſecundam natura eſt principium ⁊c. hoc iterum bene ꝓbat de motu locali: ⁊ etiā quiete cū hoc tñ nō ſtat ꝙ licet quieſcat a motu locali poteſt moueri motu alterationis. ¶Ad aliam q̄ñ dicebatur ꝙ aliqua apparent ſenſui quieſcere verum eſt de motu locali: ⁊ ideo bene concedo ꝙ apparent quieſcere a motu alterationis: ſed ex hoc non ſequitur ꝙ quieſcant ſicut dicit ſecunda concluſio ſecunde opinionis ſecundi articuli. ¶Ad quartā non omne motiuum continue mouet: ergo non quodlibet mobile continue mouetur: verum eſt de motu: quo aptum natum eſt illud motiuum mouere: nihilominus cum aliud motiuum ceſſat mouere adhuc illud mobile poteſt moueri alio motu: ſcilicet motu vnius alterius motiui. ¶Ad quintam ⁊ ad ſextam ille bene probant ꝙ non eodem motu ſemper mouetur: licet aliquando ceſſat ab vno: ⁊ ſemper poſtea mouetur ab alio. ⁊ ſic continue mouetur: vnde ſi aliquando ceſſat calefieri poſtea frigefit: vel rarefit vel condenſatur. ¶Ad aliam de motu reflexionis dico ꝙ ſi aliquod eſt motiuum ad caliditatem: ⁊ econuerſo mouebitur ad frigiditatē: ꝙ ſi pro tempore intermedio quieſcat a calefactione vel frigefactione interim poteſt condenſari vel rarefieri vel aliquo huiuſmodi motu moueri ⁊c. ¶Ad vltimam non omne mobile mouetur cōcedo: ergo non omne corpus mouetur: nego conſequentiam: ⁊ quando dicebatur omne mobile eſt corpus negatur: ſicut nec omne riſibile eſt homo: vnde nō omne quod poteſt moueri eſt corpus: ſicut nec omne quod poteſt ridere eſt homo. Antichriſtus enim poteſt ridere ⁊ poteſt moueri: quia aliquando mouebitur: ⁊ aliquando ridebit: ⁊ tamen Antichriſtus: nec eſt homo: nec corpus. nihilominus bene conceditur ꝙ omne quod eſt. ⁊ quod eſt mobile hoc eſt corpus: ⁊ ſimiliter: omne quod eſt ⁊ eſt riſibile eſt homo. quare ⁊c.

¶Tex. cōmēti. xxvij.

¶Reliquū vero cōſiderandū eſt vtrū omnia huiuſmodi ⁊c. Q̄ō. v.

Queritur quinto vtrum animal moueat ex ſe. ⁊ arguitur primo ꝙ non. ſecundum Commentatorem ⁊ ſecundum veritatem animal mouetur a ſua anima. modo anima non eſt animal: ergo animal non mouetur ex ſe. ſed ab alio: ſcilicet ab anima. ¶Secundo: nam dictum eſt
Tex. cō. 1. in ſeptimo huius ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur: ⁊ ſic nihil mouetur a ſe: ergo nec animal. ¶Ter-
Tex. cō. 43 tio: nam per Ariſtotelem in iſto octauo omne motum eſt diuiſibile in partem per ſe mouentē: ⁊ in partem per ſe motam: modo ſic non eſt de animali: ergo animal non mouetur ex ſe: antecedens probatur: animal eſt diuiſibile in corpus ⁊ animam: modo corpus circunſcripta anima non eſt per ſe motum: propter hoc ꝙ illud quod debet eſſe per ſe motum debet eſſe ens in actu per aliquam formam: modo circunſcripta anima non mouetur: quia non videtur ꝙ ſit corpus in actu per aliquam formam: ⁊ ſi dicatur ꝙ licet non ſit in actu per aliquam formam ſubſtantialem circunſcripta anima adhuc tamen eſt in actu per aliquam formā accidentalē: ⁊ hoc ſufficit. ¶Sed contra ſi hoc ſufficeret: tunc graue inanimatum diceretur: vel poſſet dici moueri ex ſe qđ Ariſtoteles negat in iſto octauo: probatur conſequentia ex eo ꝙ graue inanimatum eſt diuiſibile in partem per ſe mouentem: ſcilicet eius formam: ⁊ aliam partem motam: que adhuc eſt in actu per aliquam formam accidentalem circunſcripta eius forma per ſe mouente. ¶Quarto graue inanimatum non dicitur moueri ex ſe propter hoc ꝙ indiget motore extrinſeco: vt moueat: ſimiliter eſt de animali: ergo nec animal dicitur moueri ex ſe: ſimiliter de animali patet: nam ad ad hoc ꝙ animal moueatur oportet ꝙ eius ſenſus ⁊ appetitus moueatur a ſenſibili ⁊ appetibili exteriori: ⁊ per ꝯñs ad hoc ꝙ moueat indiget motore extrinſeco extra ſe. quare ⁊c.

In oppoſitum vult Ariſtoteles in iſto octauo. iſta queſtio non eſt mota Tex. cō. 2 propter aliud: niſi vt videatur quomodo debeat intelligi dictum Ariſtotelis ſcilicet ꝙ animal mouetur ex ſe ⁊ graue inanimatum non: cum tamen vtrūq; eorū moueatur per ſuam formam ſibi inherentem ⁊ intrinſecā. ¶Sit ergo prima concluſio: nec graue inanimatū nec animal mouetur ex ſe: ſic ꝙ ſecundum ſe totū moueatur: ſiue quelibet pars moueatur: probatur: quia vtriuſq; materia eſt pars: ſed iſta non mouet: cum nullius ſit actiuitatis: ergo nullum eorum ſecundum ſe totum eſt mouens. ¶Secunda concluſio: vtrūq; eorum ſic mouetur ex ſe ꝙ mouetur ex aliquo ſibi intrinſeco: patet hoc quia vtrūq; mouetur per ſuam formam ſibi intrinſecam. ¶Tertia concluſio neutrum eorum mouetur ſic ex ſe quin indigeat habere vel habuiſſe motorem extrinſecum: patet hoc primo de graui. quia graue nō mouetur naturaliter de nouo: niſi de nouo factum ſit graue: ſeu niſi de nouo remotum ſit prohibens ipſum: ſi ante erat graue. Si autem moueatur de nouo primo modo adhuc indiget generāte ipſum quod ſibi eſt extrinſecum. Si autem mouetur de nouo: ſecundo modo adhuc indiget remouente prohibens quod iterū eſt ſibi extrinſecum: animal vero non mouet ſe niſi per ſenſum vel per intellectum: modo quia ad ſentiendum vel intelligendum indiget habere vel habuiſſe motorem extrinſecū: puta obiectū: ſequitur finaliter nec graue inanimatum nec animal moueri. ſic ex ſe quin indigeat habere vel habuiſſe motorem extrinſecum. ¶Sed circa dicta dubitatur. quare ergo Ariſtoteles dicit animal moueri ex ſe: ⁊ graue inanimatum non. Et reſpondetur ꝙ hec eſt ratio quia animal ponit de nouo moueri poſt quietem: abſq; hoc ꝙ tunc habeat motorem extrinſecum ipſum mouentem: licet bene ante habuit ſicut patet dum animal dormit poteſt expergefieri abſq; motore extrinſeco: ⁊ ipſo expergefacto eius ſenſus: ⁊ eius appetitus poteſt moueri per ſpecies reſeruans in eius memoria ad proſequendum aliquid vel fugiendum: ⁊ hoc totum poteſt fieri de nouo abſq; hoc ꝙ pro tunc habeat motorem extrinſecum licet ante habuerit. ⁊ propter hoc animal dicit moueri ex ſe: ad hoc autem ꝙ graue inanimatū de nouo moueatur non ſufficit habuiſſe motorem extrinſecum: ſed requiritur de preſenti habere motorem extrinſecum: patet hoc nam graue quā incipit de nouo moueri: vel ergo quum incipit de nouo moueri īcipit de nouo eſſe: vel ante erat. Si primum clarum eſt ꝙ tunc indiget motore extrinſeco: ſcilicet generante. Si dicatur ſecundum: vel ergo de nouo mouet naturaliter: vel violenter. Si violenter clarum eſt ꝙ indiget motore extrinſeco: ſi naturaliter: vel ergo ad deorſum: vel ad ſurſum vel a ſurſum ad deorſum: ſi dicatur primum hoc eſſe non poteſt niſi factum ſit leue. ⁊ hoc verū non poteſt eſſe abſq; a generāte aliquo extrinſeco. Si autem dicatur ſecundum: tunc prius erat prohibitum: ⁊ illud prohibens eſt modo amotum: ⁊ ad hoc de preſenti indiget amouere illud prohibens: quia igitur graue inanimatū non poteſt de nouo moueri: niſi habeat motorē extrinſecū: ipſum nō dicit moueri ex ſe: ſed q2 aīal pōt de nouo moueri abſq; hoc ꝙ habeat motorem extrinſecum licet ante habuerit ipſum dicatur moueri ex ſe. ⁊ illud ſufficit.

Ad rationes principales: ad primam patet ſecundum concluſiones poſitas: nam animal

nam animal dicitur moueri ex ſe propter hoc ꝙ ſi ſe totum moueat: ⁊ ſecundum ſe totuꝫ moueatur: ſicut dicit prima concluſio: ſed ideo quia mouetur ab aliqua eius parte intrinſeca: ⁊ cuꝫ hoc ꝙ non indiget ſemper habere maiorem extrinſecuꝫ licet indigeat habere: vel habuiſſe. ¶ Ad ſecundam conſimiliter. ¶ Ad tertiam concedo ꝙ animal eſt diuiſibile in parteꝫ per ſe mouenteꝫ ⁊ in partem per ſe motam. ⁊ ſic nego minoreꝫ: ⁊ quuꝫ arguebatur circumſcripta anima reſiduuꝫ non eſt per ſe motum propter hoc ꝙ non eſt ens in actu nego: imo ſufficit ꝙ ſit ens i actu pp quē actū reſiſtit mouēti: ⁊ ita eſt de corpore aialis circūſcpto. quia adhuc corpus eſt in actu per grauitatem per quaꝫ quidem grauitateꝫ reſiſtit anime mouenti: ſed ſic non eſt de graui inanimato: ſed forma eius ſubſtantialis circūſcripta adhuc reſiduū manet in actu per grauitateꝫ: tamen per illam non reſiſtit mouenti: ſcꝫ licet forme ſubſtantiali grauis: ⁊ ideo graue non dicitur moueri ex ſe: ſed animal bene. ¶ Et quartaꝫ bene concedo ꝙ ad hoc ꝙ animal moueatur indiget habere: vel habuiſſe motoreꝫ extrinſecuꝫ: ſed ad hoc ꝙ graue inanimatuꝫ moueatur ſufficit habuiſſe: ſed requirit habere: ⁊ ex hoc ad argumentum.

¶ Tex. cōmēti. xxviiij.

¶ A quo autem manifeſtum non eſt: ſicut cū moueaꝭ extra naturā ⁊c. Q. ō. vj.

Queritur vtrum grauia ⁊ leuia inanimata moueātur ex ſeipſis: ⁊ arguiꝭ primo ꝙ ſic: quia mouentur naturaliter quā mouentur a principio eorū intrinſecis ⁊ non ab extrinſecis: cuꝫ tunc mouerentur violenter: ergo a ſe ipſis: conſequentia tenet ex eo: ꝙ moueri a principio intrinſeco eſt vnus modus mouendi a ſe ipſo. Q̄ß autē moueatur a principio intrinſeco: patet per Cōmentatoreꝫ tertio celi dicentē graue non moueri a motore extrinſeco: ſed a forma eius: hoc idēꝫ patet per eundē quarto celi dicenteꝫ: in graui minus diſtinguitur motor ⁊ motuꝫ ꝗ̄ in animali: ex quo elicitur ꝙ graue habet motoreꝫ intrinſecuꝫ: ⁊ motum intrinſecuꝫ. ¶ Secundo illud mouetur quod diuiditur in partē per ſe mouentē: ⁊ in partem per ſe motā: ⁊ ſic eſt de graui. ⁊ ſimiliter de leui: diuiditur enim in formā per ſe mouenteꝫ ⁊ in reſiduum per ſe motuꝫ. ¶ Tertio ſi graue ⁊ leue non mouerentur ex ſe hoc eſſet ex eo ꝙ ad inceptionem ſui motus indigeret motore extrinſeco: ⁊ tamen Ariſtoteles dicit animal moueri ex ſe. ergo.

Tex. cō. 19. **In oppoſitum** determinat Ariſtoteles in in iſto octauo. dicens grauia ⁊ leuia inanimata moueri ex ſe ipſis eſt impoſſibile. ¶ In iſta queſtione primo videndū eſt de queſito. ¶ 2° videndū eſt a quo moueāꝭ grauia ⁊ leuia: quādo aſcendunt ⁊ deſcendunt.

Quantum ad primum ſit iſta prima diſtinctio ꝙ aliquid moueri ex ſe poteſt intelligi quattuor modis. ¶ Primo modo ꝙ totū moueat totum ita ꝙ ſecundum ſe totuꝫ moueat: ⁊ ſecundum ſe totum moueatur. ¶ Secundo aliquid dicitur moueri ex ſe quod nunꝗ̄ ad ſuum motum indiget motore extrinſeco nec motu extrinſeco. ⁊ iſto mō celuꝫ pōt dici moueri ex ſe accipiendo celū pro aggregato ex orbe ⁊ intelligētia: ad hoc enim ꝙ ipſuꝫ moueaꝭ nō indiget alio motore ꝗ̄ ſuo: ⁊ ſimiliter nec alio motu. ¶ Tertio aliqd dr̄ moueri ex ſe quod poſt eius quietem poteſt incipere aliquem motū: ⁊ perficere illum abſqꝫ hoc ꝙ pro tunc exigat aliquem motorem extrinſecum: ſicut dictum eſt in precedēti queſtione de animali quū expergeſcit poſt ſomnum incipit moueri ad aliquid proſequendum propter ſpecies reſeruatas in eius memoria ⁊ iſto modo animal dicitur moueri ex ſe. ¶ Quarto modo aliquid dicitur moueri ex ſe quod mouetur a principio intrinſeco: licet quo ad hoc non indigeat motore extrinſeco. ſ. ꝙ incipiat illum motum. ¶ Et eſt ſciendum ꝙ in propoſito: deus ſiue prima cauſa nō dꝫ reputari pro motore extrinſeco. ¶ Tūc ſit prima concluſio accipiendo moueri ex ſe ꝑmo modo: nec celum: nec graue inanimatum: nec animal mouetur ex ſe: probatur primo de graui animato: ⁊ de graui inanimato in quolibet iſtorum eſt materia: que nō mouet: cum nullius ſit actiuitatis: ⁊ per conſequens in neutro iſtorum duorum: quelibet pars mouet: quod tamen requiritur ad hoc ꝙ moueretur ex ſe primo modo. Deinde probatur hoc idem de celo: qꝛ in celo eſt motor ⁊ motum. ſ. orbis. Modo licet motor moueat orbem; tamen orbis nō mouet motorem: propter hoc ꝙ motor eſt imobilis. ¶ Secunda concluſio accipiendo moueri ſecundo modo graue inanimatum non mouetur ex ſe: probaꝭ: nam ad hoc ꝙ moueatur indiget alio ⁊ a ſuo motore intrinſeco: ⁊ ſimiliter a ſuo motu intrinſeco: ad hoc enim ꝙ incipiat moueri indiget extrinſeco motore: ſicut dicebaꝭ in queſtione precedenti: ⁊ adhuc dicitur. ¶ Tertia concluſio graue inanimatum non mouetur ex ſe tertio modo: probatur: quia non poteſt incipere motum ſuū abſqꝫ hoc ꝙ non oportet concurrere motorem extrinſecuꝫ probatur: nam graue quando incipit de nouo moueri: vel hoc eſt violēter: vel naturaliter: ſi violenter oportet extrinſecum concurrere: ſi naturaliter: tunc vel incipit eſſe graue: vel prius fuit graue: licet prius non mouebatur: ſi primum tunc indiget extrinſeco. ſ. generante ipſum: ſi ſecundum: tunc indiget remouente prohibens: ⁊ ſic iteꝝ ab extrinſeco. ¶ Quarta concluſio accipiendo moueri ex ſe quarto modo: graue inanimatum mouetur ex ſe: probatur: quia ab aliquo intrinſeco ſibi concurrente ad ſuū motum in genere cauſe efficientis.

Quantum ad ſecundū ſit prima concluſio: graue inanimatum: non per totum ſuum motum quando deſcendit mouetur a ſuo generante: probatur: nam poſito ꝙ quum illud graue eſt in medio ſui motus; ꝙ generans quod generauit: ipſum multum diſtet ab eo: ⁊ cum mouens: ⁊ motum debeant eſſe ſimul: ſequitur ꝙ tunc non mouetur ab ipſo. Et cōfirmatur: nam poſſibile eſt ꝙ generans ſit corruptum ⁊ annihilatum: ſed corruptuꝫ ⁊ annihilatuꝫ nihil mouet. ¶ Secūda concluſio: graue inanimatum: non per totuꝫ ſuum motum mouetur a remouente: prohibens quando mouetur naturaliter: probatur: nam ſicut iaꝫ probabaꝭ de generante poſſibile eſt de remouēte prohibens ꝙ multum diſtet a graui inanimato quuꝫ eſt in medio ſui motus: ⁊ eſt poſſibile ꝙ illud remouens prohibens ſit iam corruptum. ¶ Auctoritates autem Ariſtotelis. ⁊ cōmentatoris ſi alique ſint in oppoſitum: ſunt gloſande ad iſtum ſenſum ꝙ bene generans: ⁊ remouens: prohibēs cōcurrunt ad hoc: ⁊ requiruntur ad hoc ꝙ graue icipiat moueri. licet nō oportet ea eſſe continue: ad hoc ꝙ ipſuꝫ graue motum ſuum motum compleat. ¶ Tertia concluſio graue deſcendendo nō mouetur naturaliter a ſuo loco naturali: probatur: nam ſi locus eius naturalis moueret ipſum deorſum: vel hoc eſſet trahendo: vel hoc eēt aliquam virtutem ſibi imprimendo: mediante qua deſcenderet: non poteſt dici primum: nam tunc graue non deſcenderet naturaliter: ſed violenter propter hoc motꝰ tractus eſt motus violentus: nam tunc oportet ꝙ locus

nālis eius attingeret ipm graue pp hoc ꝙ in motu tract⁹ oportet trahens attingere tractum. Sed clarū eſt ꝙ quā graue ſit multum ſurſum: ꝛ deſcendit non attingitur a ſuo loco naturali. Nec poteſt dici ſecundum: ſcilicet ꝙ locus naturalis imprimat aliquam virtutem ꝛ qualitatē ipſi graui: mediante qua deſcendit ſicut magnes imprimit quandam virtutē ferro mediante qua mouetur ad ipſum: naꝫ ſic tunc ſequeretur ꝙ quanto graue eſſet propinquius ſuo loco naturali: ꝙ tanto velocius deberet moueri: propter hoc ꝙ haberet illam virtutē intenſiorē: ſed hoc eſt falſum: quod oſtendo: nam ſi aliquis bene prope terram in .a. inſtanti dimittat cadere vnuꝫ lapideꝫ ꝛ ſit vnus lapis equalis grauitatis: qui diu ante deſcendit vſqꝫ ad .a. inſtans ad illum terminum a quo incipit deſcendere ille lapis qui erat prope terram: tunc clarum eſt ad ſenſuꝫ: ꝙ ille lapis: qui ante deſcendebat velocius deſcendit non obſtante ꝙ eſt eque propinquius: vel minus ſuo loco naturali. ¶ Sed aliquis dubitaret: naꝫ videmus ꝙ graue mouetur velocius: circa fineꝫ ſui motus ꝙꝫ circa principium. ſed circa fineꝫ eſt propinquius loco ſuo naturali. videtur ꝙ locus eius naturalis imprimit ſibi aliquaꝫ virtutē: quā tunc mouetur velocius. ¶ Reſpondetur ꝙ cauſa huius non eſt: ꝙ locus eius naturalis imprimat ſibi aliquam virtutem: ſed hoc eſt propter quendam impetum: ſeu propter quandam qualitatem accidentalē que ſibi acquiritur in deſcendendo que vna cū grauitate eēntiali i fine mouet veloci⁹ ꝙꝫ grauitas eēntialis in principio ſola mouebat. ¶ Quarta ꝯcluſio graue deſcendendo non mouetur a medio: probatur ex eo ꝙ medium magis impedit ꝛ reſiſtit ſibi. ¶ Quinta concluſio: ſecundum ꝙ communiter tenetur graue mouetur naturaliter a ſua forma ſubſtātiali principaliter: ꝛ a ſua grauitate inſtrumentaliter: poteſt probari ex concluſionibus precedentibus a ſufficienti diuiſione: nam vel mouetur a generante vel a remouente prohibens: vel a ſuo loco naturali: vel a medio: vel a ſua forma ſubſtantiali vna cum grauitate: non poteſt dici primū per primaꝫ concluſionem: nec ſecundum per ſecundam: nec tertium per tertiam: nec quartū per quartā. relinquitur ergo ꝙ quintū ꝛ hec eſt concluſio probanda. ¶ Rationes vadant ad viceꝫ varū ad ſanctū Jacobū. conſimili modo dicat̄ de leui ſuo modo. ſicut dictum eſt de graui.

Tex. cōmenti .xxxij.

¶ Qm̄ auteꝫ potentia eſſe multipliciter dicitur ꝛc. Q. ō. vij.

Queritur ſeptimo vtrū graue poſt remotionem prohibentis moueatur per ſe: ꝛ arguitur primo ꝙ non: naꝫ dicit Commentator tertio celi ꝙ ipſum mouetur ad motum medij. ꝛ ideo videtur moueri per accidēs receſſicut homo exiſtens in naui qui mouetur ad motū nauis: ꝛ mouetur per accidens. ¶ Secundo ſi per ſe tunc moueri ineſſet ſibi ratione alicuius ſue partis eſſentialis: ſed hoc non: quia non conuenit ſibi ille motus ratione materie: nec ratione forme: non ratione materie: quia materia non mouet: cum ſit ens in pura potentia: ꝛ motus non conuenit niſi enti in actu. nec conuenit etiam ſibi ratione forme: nam ratione forme mouet: ergo videtur ꝙ non moueatur: aliter enim idem eſſet mouens ꝛ motuꝫ. ꝛ moueret ſeipſum: ꝛ moueretur a ſeipſo. ¶ Tertio qd̄ non habet per ſe reſiſtentiā non mouetur per ſe: ſed non omne graue poſt remotionē prohibentis habet per ſe reſiſtentiam: ſicut graue motum in vacuo ſi eſſet. ¶ Quarto quod eſt per ſe ꝓſupponit de omni modo graue mouetur deorſum poſt remotionē prohibentis: ſicut pateꝫ de terra iam exiſtente in loco ſuo naturali: que non mouetur: ꝛ tamen eſt poſt remotionem prohibentis quum erat ſurſum: ſuppoſito ꝙ ante vnū annū fuit detenta ſurſum: ꝛ ante dimidium illud prohibens fuiſſet remotuꝫ. ¶ Quinto ſi per ſe: vel per ſe primo modo. vel per ſe ſecundo modo. ſed nullum iſtarū: ergo ꝛc. non enim primo modo: ex eo ꝙ primus modus dicēdi per ſe eſt quādo predicatum eſt quidditatiuum ex naturali ſubiecto: modo ſic non eſt hic. dicendo graue mouetur deorſum: ex eo ꝙ moueri deorſum contingenter ineſt graui nec predicabile de graui in quid. nec poteſt dici ꝙ in ſecundo modo dicendi per ſe: nam ſecundus modus dicendi per ſe eſt quando ſubiectum ponitur in diffinitione predicati: modo ſic non eſt in ꝓpoſito. in diffinitione motus non ponitur iſte terminus graue. ¶ Sexto auctoritate Cōmentatoris quarto celi dicētis ꝙ ſi graue ſit ſuperius propter impedimentum detentuꝫ forma eius poſt remotioneꝫ impedimenti mouet ipſum per accidens: ꝛ per conſequens nō per ſe. quare ꝛc.

In oppoſitum arguit̄ q: graue poſt remotionē ꝓhibentis mouet̄ nāliter deorſuꝫ: ergo ꝑ ſuā nām ꝛ per ſuā eſſentiā: ꝛ per ꝯñs per ſe. ¶ 2° oē per accidens reducendū eſt ad aliqd̄ per ſe: ſicut eſt hō exiſtēs in naui mera mouet̄ ꝑ accñs ꝛ reducitur ad aliqd̄ ꝑ ſe: qd̄ mouet̄ ad motū ipſius nauis: qui eſt mot⁹ per ſe. mō in motu grauis deorſuꝫ eēt aliqd̄ per ſe. ad qd̄ reduceret̄ ſi ipm moueret̄ per accñs. ¶ 3° auctē Cōmen. 3° celi dicentis motū grauis deorſuꝫ eē primo ꝛ eſſentialiter a forma moti: ſed qd̄ primus: ꝛ eſſentiale ſit per ſe: ſequitur iſtū motū eſſe per ſe. ¶ Ad iſtā concluſionem reſpondendum eſt naturaliter loquendo. ¶ 2° reſpondendum eſt logice.

Quantum ad primū ſciēdū: ꝙ loquēdo nāliter illud dr̄ alicui ꝯuenire per ſe: qd̄ cōuenit ſibi per ſuā nām: que quidē nā. eſt mā vel forma: ꝛ illud dr̄ magis ꝯuenire per ſe qd̄ ꝯuenit ſibi per formaꝫ: ꝙꝫ quod conuenit ſibi per mteriā: ꝓpter hoc ꝙ forma eſt principalior ꝙꝫ mā. ſm ꝙ viluꝫ eſt prius. ¶ Tunc ſit prima cōcluſio: graue poſt remotionē ꝓhibentis mouetur per ſe deorſum: probatur ex eo. ꝙ talis motus conuenit ſibi per ſuam naturam. ſ. formā: ergo ꝛc. ¶ 2ᵃ concluſio: ſi accipitur per ſe: idest ſolitarie graue poſt remotionem prohibentis non mouetur per ſe: probatur ex eo ꝙ graue non pōt moueri niſi diuidat medium. ergo vna cum hoc graue mouetur: mediū mouet̄. ergo non poteſt moueri ſine indigētia alicuius moti: ideo non dicit̄ moueri per ſe: idest ſolitarie.

Quantum ad ſecundū ſit prima ꝯcluſio: hec nō eſt ꝑ ſe graue mouet̄ deorſuꝫ: ꝓbat̄ q: nō eſt neceſſaria: ſꝫ ꝯtingēs ſicut ꝯtingens eſt ꝙ aliqd̄ graue ſit ſurſum. ¶ 2ᵃ ꝯcluſio hec eſt per ſe graue eſt mobile deorſum: pꝫ q: eſt neceſſaria. ¶ 3ᵃ ꝯcluſio hec eſt per ſe graue ſi eſt ſurſum nō impeditū mouet̄ deorſuꝫ: pꝫ per idem medium: quia neceſſaria.

Ad rationes ergo principales dico ad primā ꝙ non eſt ſimile de graui moto ad motum medij: ꝛ de homine moto ad motum nauis propter hoc ꝙ homo cum naui mouetur: ſed graue nō mouetur cum medio: ſed mouetur per medium. ꝛ cum graue mouetur per medium: medium diuiditur ꝛ etiā mouetur. ¶ Ad ſecundam poteſt concedi ꝙ forma moueret ꝛ moueretur: nec eſt impoſſibile: ꝛ idem moueri ꝛ mouere quando concurrit ad motuꝫ vel mobile. ¶ Ad tertiam illa bene probat ꝙ non mouet̄ per ſe. i. ſolitarie ſine indigentia

fine indigentia alterius motis: ⁊ hoc conceditur. erat eniꝫ vna concluſio. ¶ Ad quartam illa bene probat illam non eſſe per ſe graue mouetur deorſum: bene cõceditur hoc erat enim vna concluſio nihilominus hec eſt bene per ſe graue eſt mobile deorſum ⁊ quum arguebatur in primo: vel ſecundo modo dicendi per ſe dico ꝙ in ſecũdo modo: ⁊ quum dicebatur tunc ſubiectum debet poni in diffinitione predicati: verum eſt ipſum vel aliquid eius poſitum in diffinitione eius: ⁊ ideo quia corpus in diffinitione grauis ⁊c. dico ꝙ ly graue vel ly corpus ponitur in diffinitione ly moueri deorſum. ¶ Ad quintaꝫ per ſe preſupponit de omni iſta: iterum probat predictã propoſitionem non eſſe per ſe graue mouetur deorſum: ⁊ hoc conceditur. ¶ Ad auctoritatem commentatoris dico ꝙ per illam auctoritatem bene habetur hanc propoſitionem eſſe per accidens graue mouetur deorſum ⁊ hoc conceditur vt dictum eſt.

Queſtio. viij.

Queritur octauo vtrum prim⁹ motor ſit imobilis: ⁊ arguitur ꝙ non: nam ſicut eſt in minori mũdo ita videtur eſſe in maiori: ſed in minori mundo puta in homine primus motor non eſt omnino immobilis: eſt enim mobilis per accidens qui quidem primus motor in homine eſt anima mouens: ergo etiam ſic erit in maiori mundo. ¶ Secundo naꝫ primus motor eſt intrinſecus ꝓ mobili: vel extrinſecus: ſi dicatur ꝙ intrinſecus ꝫunc nõ oino immobilis: nam tunc eſt mobilis ad motum eius in quo eſt. ſi auteꝫ dicatur ꝙ extrinſecus hoc non valet propter hoc ꝙ tunc motus primi mobilis non eſſet naturalis: ſed violentus: conſequentia tenet ex eo ꝙ motus naturalis eſt qui eſt a motore intrinſeco: violentus autẽ qui eſt ab extrinſeco. ¶ Tertio primus motor poteſt mouere ſe: ergo non omnino immobilis: conſequẽtia tenet: antecedens probatur: naꝫ primus motor eſt omnipotẽs: ergo omnia poteſt ergo ⁊ mouere ſe. ¶ Quarto primus motor mouet per intellectuꝫ ⁊ voluntateꝫ: ſicut patet per Ar. in ſecundo metaphyſice. ſed intellectus ⁊ voluntas
Tex.cõ.36. mouetur ab intelligibili ⁊ appetibili: ergo.

In oppoſitum vult Ariſtoteles in iſto octauo vbi probat primum mo-
Tex.2.44 uens eſſe immobile: Breuiter ad iſtaꝫ queſtioneꝫ pono vnicaꝫ concluſionem: que eſt ꝙ primus motor eſt omnino immobilis: probatur: primo quia nõ eſt neceſſe omne mouẽs moueri: ergo primuꝫ mouens non mouetur: conſequentia tenet ex eo ꝙ in quolibet genere debet eſſe ſimpliciſſimuꝫ: ⁊ maxime abſolutuꝫ ab omni quod non eſt de neceſſitate illius generis. ſi eniꝫ moueri nõ eſt neceſſariũ mouenti ad hoc ꝙ moueat: ſequitur ꝙ moueri debet remoueri a primo motore: antecedens patet naꝫ non eſt ei neceſſariuꝫ ad hoc ꝙ aqua frigefaciat ꝙ ipſa frigeſcat nec eſt neceſſariũ ad hoc ꝙ medicus ſanet: ꝙ ipſe ſanetur: ⁊ ſic de multis alijs modibus. ¶ Secundo ſi primus motor mouetur vel ergo a ſe vel ab alio: ſi diceretur ꝙ ab alio tunc non eſſet primus motor: nec poteſt dici ꝙ a ſe: naꝫ hoc eſſet iſto modo ꝙ ſecunduꝫ ideꝫ moueret: ⁊ ſecunduꝫ idem moueretur: vel ſꝫ vnaꝫ partem moueret: ⁊ ſecunduꝫ aliam moueretur. non poteſt dici primuꝫ ex eo ꝙ tunc ideꝫ eſſet in actu ⁊ in potentia: nec poteſt dici ſecundum propter hoc ꝙ primus motor eſt indiuiſibilis ſicut probatur in vltimo capitulo huius octaui ⁊ ex alio etiaꝫ quia tunc iſta pars que moueret aliaꝫ magis deberet dici primus motor ex eo ꝙ ipſa non moueretur ſed moueret. ¶ Tertio ad idem: naꝫ reperitur motum non mouens: ergo etiaꝫ debet reperiri mouens non motuꝫ ſed ſicta ſic maxime debet eſſe primus motor: antecedens patet de materia prima: que mouetur ⁊ non mouet cuꝫ nullius ſit actiuitatis: ⁊ maxime paſſiuitatis: ⁊ conſequentia probatur per iſtam regulaꝫ: quandocunqꝫ duo reperiuntur coniuncta ſi vnuꝫ eorum eſt reperibile ſine alio: ⁊ aliud ſine eo: ſicut Commentator declarat de intellectu: ſed alicubi ſimul reperiuntur mouens ⁊ motum: nam aliqua ſunt que mouentur ⁊ mouent: ſi ergo reperitur motum ⁊ non mouens: etiaꝫ debet reperiri mouens non motum: ſed de iſta regula dubitatur: naꝫ ſubſtantia ⁊ accidens reperiuntur ſimul: ⁊ ſubſtantia reperitur ſine accidente: ⁊ tamen accidens nõ reperitur ſine ſubſtãtia. ¶ Ad hoc reſpondetur ꝙ regula debet intelligi quãdo aliqua duo reperiuntur coniuncta: ⁊ vnuꝫ illorum reperiatur ſine alio ſupple. de quo tamen minus videtur: tunc reliquũ eſt reperibile ſine alio: modo minus videtur motum non mouens reperiri ſine mouente non moto: cum ipſum ſit poſterius: ⁊ mouens non motum prius: ⁊ tamen reperitur ſine eo: ergo concluditur ꝙ mouens non motum etiaꝫ reperiunt. ſed tunc quando dicebatur de ſubſtantia ⁊ accidente: dico ꝙ de accidente minus videtur ꝙ poſſit reperiri ſine ſubſtantia: ergo bene concluditur ꝙ ſi poſſit reperiri ſine ea ꝙ ſubſtantia poſſit reperiri ſine accidente: ſed per ſubſtantiam reperiri ſine accidente non debet concludi accidẽs reperiri ſine ſubſtantia propter hoc ꝙ hoc non minus ſed magis videtur de ſubſtantia. ¶ Quarto mouens primuꝫ debet mouere perpetue ⁊ vniformiter: ergo debet eſſe mouens nõ motum: antecedens patet ex eo ꝙ motus diurnus qui prouenit a primo motore apparet perpetuus ⁊ vniformis: conſequentia tenet ex eo ꝙ ſi primus mouens moueretur ꝙ continue haberet ſe aliter ⁊ aliter ſic non poteſt moueri vniformiter ſed vno modo ſic ⁊ poſtea aliter ſicut videmus de celo propter hoc ꝙ continue mouetur ⁊ continue ſe habet aliter ⁊ aliter ad iſta inferiora que cõtinue producuntur mediate alij ⁊ alij effectus in iſtis inferioribus: ſed dubitatur hic de hoc quod dicitur ꝙ motus diurnus ſit vniformis quo mouetur mobile. Contra: iſte motus non eſt vniformis cuius alique partes mouent velocius ⁊ alique tardius. Sed ita eſt de motu diurno. nã motu diurno mouet primũ mobile: ⁊ alij orbes cũ eo: ſed partes eius que ſunt circa polos mouentur tardius: ⁊ que ſunt circa equinocialẽ mouent velocius. ¶ Rñdet diſtinguendo de vniformitate motus ꝙ motus põt dici vniformis quantuꝫ ad ptes ſubiecti vel quãtũ ad ptes tpis: ille dr vniformis quãtũ ad ptes ſubiecti: qui ſic ſe hꝫ ꝙ oẽs partes ſui mobilis eq̃li velocitate mouent. ille autẽ dicit vniformis quo ad ptes tpis qui ſic ſe hꝫ ꝙ quacũqꝫ parte data ſui mobilis in eq̃lib⁹ partibus tpis equale ſpaciũ deſcribit. ⁊ ſic ad ꝓpoſituꝫ dico ꝙ motus diurnus bñ eſt informis quo ad ptes tpis: lꝫ ſit difformis quo ad partes ſubiecti. ¶ Quinto prim⁹ motor eſt indiuiſibilis: ergo primus motor eſt oino imutabilis: antecedens pꝫ in iſto octauo. ꝯña patet ex eo ꝙ indiuiſibile nõ põt moueri ſaltẽ ex eo: naꝫ oporteret vnam eius ptẽ eſſe mouentẽ: ⁊ aliã motaꝫ. ſed ſi primus motor eẽt mobilis oporteret ꝙ moueret a ſe. aliter eni non eſſet primus. ¶ 6° illud qd̃ mouet aliq̃ pfectione caret ad quã tendit per ſuũ motũ: ſed prim⁹ motor nulla pfectione caret cũ ſit pfectiſſimus: ergo. ¶ 7° oẽ qd̃ mouet permiſcet aliqua potentia cũ motus ſit actus entis in potentia. 3°
huius. ſed primo motori nulla permiſcetur potentia: cũ Tex.cõ.6.
ſit actus purus 12° metaphyſice: ergo.

Ad rationes ad primam dico: ꝙ non eſt ſimile de ꝓmo motore ⁊ minori mũdo ⁊ de primo motore ⁊ maiori mundo: naꝫ ꝓmus mo-

toꝛ in minoꝛi mundo non eſt ſimpliciter primus. In maioꝛi autem eſt ſimpliciter primus: ⁊ igitur non eſt mirū: ſi primus motoꝛ in minoꝛi mūdo non eſt ſimpliciter primus. In maioꝛi autem eſt ſimpliciter primus: ⁊ igiẜ nō eſt mirum: ſi primus motoꝛ in minoꝛi mundo eſt equaliter mobilis: ⁊ primus motoꝛ in maioꝛi mūdo nullo modo. ¶ Ad ſecundam dico: ꝙ primus motoꝛ eſt intrinſecus ſuo mobili: ⁊ non per intrinſecam: ſed per indiſtantiam ⁊ preſentiam ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ eius motus ſit naturalis. ¶ Ad tertiam primus motoꝛ poteſt mouere ſe: nego: nam hoc eſt impoſſibile: ⁊ quando dicebatur ꝓmus motoꝛ eſt omnipotens: id eſt omnia poſſibilia potens cum hoc tamen ſtat: ꝙ non poſſit impoſſibile abſqꝫ hoc ꝙ tollatur eius impotentia. ¶ Ad vltimam intelligitur hoc de intellectu ⁊ voluntate: que intelligit intellectione ſibi ſuperaddita: qualiter nō eſt de ꝓmo motore,

¶ Tex. cōmēti. lv.

¶ Tribus autem exiſtentibꝰ motibꝰ ⁊c.

Queſtio. ix.

Queritur nono vtruz motus localis ſit primus motuum: ⁊ arguitur ꝙ non: naz ambulatio eſt motus localis: ⁊ tamen non eſt primus motuum: videmus enim ꝙ opoꝛtet animal prius generari ⁊: prius nutriri ꝙ̄ ipſum ambulet: ex quo videtur ꝙ alij motus ſunt prioꝛes ſicut augmentatio ⁊ nutritio. ¶ Secūdo arguitur de motibꝰ ipſius grauis ꝙ motus eius localis non eſt primus: naz vel hoc eſſet motus eius localis naturalis vel violentus nullum iſtorum. ergo non violentus: quia opoꝛtet graue prius generari ꝙ̄ ipſum moueri violenter: ⁊ ſimiliter argueretur de motu eius naturali. ¶ Tertio ſicut ſe habet terminus vnius motus ad terminum alterius motus: ita ſe habet talis motus ad talem motum. Sed modo ita eſt: ꝙ terminus generationis eſt prioꝛ ꝙ̄ terminꝰ motus localis. ergo generatio precedit motum localem: maioꝛ eſt nota: minoꝛ probatur: nam terminus generationis eſt ſubſtantia. ſ. foꝛma ſubſtantialis. Terminꝰ autem motus localis eſt accidens: modo ſubſtantia eſt prioꝛ accidēte. ¶ Quarto qualitates actiue ſunt ꝓoꝛes qualitatibus motiuis: ergo videtur motuz alterationis precedere motum localem: antecedens patet: naz alteratiue ſunt actiue ſicut caliditas ⁊ frigiditas: qualitates autem motiue ſunt: grauitas ⁊ leuitas: ſed ille qualitates caliditas ⁊ frigiditas: ex quo ſunt prime qualitates ſunt prioꝛes iſtis: q̄ ſunt grauitas ⁊ leuitas. ¶ Quinto illa mutatio eſt prioꝛ: que eſt perfectioꝛ: ſed ita eſt de generatione: propter hoc ꝙ eſt ad foꝛmam ſubſtantialem. ergo ⁊c̄.

Tex. co. 55. In oppoſitum eſt Ariſtoteles. i. iſto octauo: vbi dicit ⁊ probat motuz localem eſſe primum. ¶ In iſta queſtione primo ponenda eſt vna diſtinctio deinde concluſiones. Diſtinctio eſt iſta: ꝙ aliquid dicitur eſſe prius alio tripliciter: tempore natura: ⁊ perfectione. ¶ Tunc ſit prima cōcluſio motus localis eſt primus omnibus alijs motibus ſm̄ tempus: hoc patet de motu celi: qui eſt motꝰ localis ⁊ eſt ꝑpetuus ſicut vult ⁊ nititur probare Ariſtoteles in iſto octauo: ⁊ alij motus inceperunt: ⁊ per ꝯſequens omnes alios motus preceſſit motus localis celi cum iſta concluſione: que eſt indefinita: ſtat ꝙ motus localis nō eſt prioꝛ omnibꝰ alijs motibus: patet de motu locali animalis: ſicut eſt ꝓgreſſio: natatio: volatio. ¶ Secunda concluſio: ꝙ motus localis eſt prioꝛ alijs motibus ſm̄ naturaz: probatur ex eo ꝙ motus localis poteſt reperiri ⁊ reperitur de facto ſine alijs motibus: ſicut patet de motu locali celi qui reperitur in celo: vbi non reperitur augmentatio nec generatio nec alteratio: alij autez motus non poſſunt reperiri ſine motu locali. Alteratio eniz nō poteſt reperiri ſine motu locali: quia nec poteſt fieri niſi alterans applicetur alterabili ⁊ ad hoc requiritur motus localis: ⁊ ſimiliter de generatione que etiaz non poteſt fieri niſi generans applicetur illi ex quo debet fieri generatio: ⁊ ſimiliter etiaz augmentatio non ſit ſine motu locali. modo illud eē prius dicitur alio ſecunduz naturam ꝙ poteſt eſſe ſine eo ⁊ non econtra. ¶ Tertia concluſio motus localis eſt prioꝛ alijs motibus ſecunduz perfectionez ⁊ hoc denominatione extrinſeca: iſta concluſio patet tam ex parte tempoꝛis: ꝙ̄ ex parte mouentis. ex parte tempoꝛis: quia eſt diuturnioꝛ alijs motibus poſtquā eſt perpetuus ⁊ alia nō. hoc patet etiaz ex parte motoꝛis quia motus celi prouenit ex parte motoꝛis perfectiſſimi ſcilicet ab ipſo deo ſeu a prima cauſa: patet etiaz ex parte mobilis: naz primuz mobile in quo reperitur motus localis: alijs mobilibus eſt perfectiſſimuz. ¶ Quarta concluſio in iſtis in quibus reperiuntur alij motus a motu locali: adhuc motus localis eſt perfectioꝛ: quia poſterius generatione: eſt prius perfectione: ſed in illis motus localis eſt poſterioꝛ generatione: patet hoc in animali quod prius opoꝛtet generari deinde nutriri ⁊ augeri eūdo de minus perfecto ad maius perfectum: ⁊ non poteſt moueri localiter eundo huc illuc. ¶ Sꝫ dubitatur de hoc quod dicebaẜ ꝙ ē poſterius generatione: eſt prius perfectione: Contra naz diminutio eſt poſterioꝛ augmentatione ⁊ ſimiliter ſenectꝰ ꝙ̄ iuuentus: ⁊ tamen huiuſmodi non ſunt prioꝛa in perfectione. Breuiter dicitẜ ꝙ predicta maioꝛ debet intelligi in eundo ad ſtatum perfectuz: ſed non in eundo ad ſtatuz imperfectuz ſicut eundo ab augmentatione ad diminutionem: ſeu a iuuentute ad ſenectutem. ¶ Adhuc dubitatur de predicta maioꝛi: nam anima prius eſt generatione ꝙ̄ ſcientia ⁊ non propter hoc ſcientia eſt prioꝛ in ꝑfectione. dicendum ꝙ predicta maioꝛ nō intelligitur cōparando foꝛmaz ad foꝛmam: ſed totum aggregatum ad totum aggregatum: ita ꝙ aggregatum ex prioꝛi ſecundum generationem ⁊ poſterioꝛi ſecunduz generationez eſt prius ſecunduz perfectionem ꝙ̄ ſit ſoluz illud quod eſt prius ſecunduz generationem. ⁊ ideo licet ſcientia nō ſit prius ſecundum perfectionez: tamen aggregatuz totale ex anima ⁊ ſcientia eſt prius ſecunduz perfectionem ꝙ̄ ſit anima ſolum. ¶ Secundo ille motus eſt perfectioꝛ qui reperitur in animalibus perfectis: ⁊ nō in imperfectis: ſed ita eſt de motu locali: ꝙ non reperitur in omnibus animalibus: ſed ſoluz in perfectis. Animalia enim que non ſunt localiter mobilia: ſicut ſunt animalia petris: ſunt alijs valde imperfecta. ¶ Tertio ille motus eſt perfectioꝛ alijs: qui nihil abijcit de ſubſtantia rei. Alij autem aliquid abijciunt. ſed ſic eſt de motu locali reſpectu aliorū motuum. vnde alijs motibus aliquid abijcitur: motu autem locali nihil. ſicut patet de celo: qḋ mouetur localiter continue abſqꝫ hoc ꝙ aliquid remoueatur de ſubſtantia eius.

Ad rationes principales: ad primam dico: ꝙ iſta probat ꝙ in animalibus motus localis non eſt prioꝛ ſecunduz tempus: licet ſit bene prioꝛ ſecundum perfectionem. ¶ Ad ſecundam dico: ꝙ bene probat ꝙ motus localis grauium ⁊ leuium non eſt primus motuuz. cum quo tamen ſtat: ꝙ motus localis ſcilicet celi ſit primus motuum. ¶ Ad tertiaz ſicut ſe hꝫ ⁊c̄. dico ꝙ generatio denominatione intrinſeca: quaz habet a termino eius: eſt prioꝛ perfectione. cum quo tamen ſtat: ꝙ motus localis denominatiōe extrinſeca: quā habet a

habet a motore ⁊ tempore: eſt prior ſecūdū perfectionē. ¶ Et conſimili modo ad quītā ¶ Ad quartū dico ꝙ ꝑ illam rationem non conuincitur quin adhuc motus localis ſit bene prior propter hoc ꝙ non omnis motus localis prouenit ab iſtis qͥlitatibus motiuis localiter: que ſunt grauitas leuitas: vnde motus localis celi non prouenit ex illis: quia celum non eſt graue: nec leue: ſicut patet per omnes de tuſcia.

¶ Tex. cōmēti. lxxviij.

¶ Quod autem neceſſe eſt impartibile eſſe ⁊c. Q̄ō. x.

VTrum poſſibile ſit mouens finitū mouere per tempus infinitum: ⁊ arguitur primo ꝙ ſic nam corpora celeſtia ſunt virtutis finite: ⁊ tamen ſecundum Ariſtotelem per tempus infinitū mouent iſta inferiora: ergo. ¶ Secundo motor lune eſt finitus: ⁊ tamen mouet ſuum orbem per tēpus infinitum. ¶ Tertio virtus motiua ſor. localiter eſt finita: ⁊ tamen poſito ꝙ ꝑpetuo moueret nec aucta nec diminuta poſſet mouere per tempus infinitū.

In oppoſitum vult Ariſtoteles in iſto octauo: qui nititur probare ⁊ demonſtrare illam quod concluſionem mouens finitum non poteſt mouere per tempus infinitum: ⁊ ſupponit primo pro ſua demonſtratione ꝙ a. ſit mouens finitum: ⁊ b. ſit mobile: ꝙ etiam oportet eſſe finitum poſtꝙ̄ mouetur ab a. motore finito. aliter enī non excederetur ab eo: ⁊ p. r. conſequens non moueretur ab eo. ¶ Scḋo ſupponit ꝙ medietas. a. motoris mouet medietatem. b. mobilis per minus tempus. licet equali velocitate ꝙ totum. a. moueat totum b. nam medietas ipſius. a. excedit medietatem ipſius. b. minori exceſſu ꝙ̄ totum. a. excedit totum. b. ⁊ per conſequens medietas ipſius. a. citius fatigatur in mouendo ꝙ̄ totale. a. ⁊ per conſequens medietas ipſius. a. citius fatigatur: ꝙ̄ totum. a. ergo mouet per minus tempus. ¶ Tertio ſupponit ꝙ tempus per qḋ. a. mouet. b ſit. c. ⁊ per tempus per quod medietas. a. mouet medietatem b. ſit. d. Iſtis ſuppoſitis arguitur ſic medietas. a. mouet medietatē. b. in tempore. d. ⁊ totū. a. mouet totum. b. in tempore. c. per tertiam ſuppoſitionē: ſed tempus. d. per quod medietas mouet medietatē eſt minus ꝙ̄ tempus. c. per quod totum. a. mouet totū. b. per tertiam ſuppoſitionem: ergo. d. tempus eſt finitum propter hoc ꝙ ſiue. c. ſit finitum ſiue infinitū: ſi. d. eſt minus ſequitur ꝙ eſt finitum. nam omne minus finito eſt finitum: ſimiliter omne minus infinito eſt finitum: ex eo ꝙ vnum infinitū non eſt maius alio: tūc vltra tempus. d. per quod vna medietas. a. mouet vnam medietatē: eſt finitum: ergo etiam tempus per quod alia medietas ipſius. a. mouet aliā medietatem ipſius. b. eſt finitū: ⁊ ſic tūc ex duobus temporibus finitis: non cōponitur tempus infinitum: ſequitur ergo ꝙ totū tempus per quod totum. a. mouet totū. b. ſit finitū: poſtquā componit precise ex duobus finitis in quibus due medietates ipſius a. mouet duas medietates ipſius. b. ¶ Ad intelligendū melius concluſionem quā Ariſtoteles monſtrat pono vnam diſtinctionē. ſecundo concluſionem.

Quantum ad primū ſit iſta diſtinctio ꝙ aliqua dicitur finita vel infinita tripliciter vno modo duratione vt generabilia ⁊ corruptibilia dicuntur finita duratione. Secundo aliquid dicitur infinitum in virtute ⁊ hoc dupliciter ſcilicet intenſiue: ⁊ extenſiue ⁊ per oppoſitum aliquid dicitur finitum in virtute. Tertio modo aliquid dicitur eſſe infinitū improprie quod habet virtutem que nec eſt finita proprie intēſiue nec infinita: nec etiā extenſiue nec ſignificabilis per numeros: nec comparabilis per proportionem.

Quantum ad ſecundū ſit prima concluſio: nullo modo mouens finitū in duratione poteſt mouere per tempus infinitum: probatur: nam quādiu aliquid debet mouere: tam diu oportet ipſū eē: ⁊ per conſequens cū non ſit per tempus infinitum non poteſt mouere per tempus infinitum. ¶ Secunda concluſio nullus motor celi eſt finitus vel infinitus intēſiue modo predicto: probatur quia nullus motor celi mouet cum reſiſtentia: ergo nullus eorum indiget conatu aut virtute ſignificabili per numeros ⁊ comparabili reſiſtentie. nec eſt infinitus intenſiue propter hoc ꝙ mouet velocitate finita: ita ꝙ ſequitur quia motores celeſtes nō mouent cum reſiſtentia: ergo non oportet ea eſſe tātę vel tātę virtutis ſignatę: quia adhuc ſi daretur minor mot⁹ ſufficienter moueret mobile non reſiſtens: vnde minor virtus: ꝙ̄ ſit virtus vnius muſce ſi applicaretur mobili nō reſiſtenti moueret ipſum: ergo. ¶ Secundo omnis motor celeſtis eſt indiuiſibilis ſicut octauo huius probatū eſt: ergo nullus eorū eſt finitus: vel infinitus intenſiue: conſequentia tenet ex eo ꝙ indiuiſibile proprie nec ē finitum nec infinitū. ¶ Tertia concluſio: niſi ita eſſet motor celeſtis non poſſet mouere in virtute propria non excludendo primū motorem tempore infinito: probatur: nam omnis virtus motiua localiter cum reſiſtentia fatigatur in mouendo: ſed per tales fatigationē tandē motus retardaretur vſqꝫ ad non gradū ⁊ ſic tunc non moueret. ¶ Quarta cōcluſio oportet ꝙ motores celeſtes ſint infiniti in duratione: patet hoc quia mouent per tēpus infinitū. ſed tales oportet eſſe infinitos in duratiōe. ſimiliter ꝙ omnis motor celeſtis dicitur ſic infinitus ꝙ ē intranſmutabilis applicatur ſuo mobili: ⁊ ꝑpter hoc per ſuam virtutem quā ſimul habet: poteſt habere per tēpus infinitū. Pro intellectu ergo concluſionis quā demonſtrat Ariſtoteles dico ꝙ ſua concluſio intelligitur ꝙ nullum mouens finitum cuius potentia ⁊ virtus eſt ſignificabilis per numeros ⁊ comparabilis ſm aliquam proportionem reſiſtentie ſui mobilis: poteſt mouere illud mobile per tempus infinitū: ⁊ hoc totū eſt propter hoc ꝙ tale mouens eſt fatigabile: nihilominus ſi eſt aliquod mouens infinitum in duratione: licet non ſit infinitū in vigore mouens aliquod mobile ſibi non reſiſtēs vel applicatum intranſmutabiliter alicui mobili ꝙ quidā eſt mouens: ⁊ eſt intranſmutabile in ſua virtute. hoc autē poteſt mouere per tempus infinitum iqualiter ſe habent motores celeſtes. ⁊ ſimiliter ſe haberet virt⁹ motiua ſortis: ſi perpetuo maneret non aucta nec diminuta ⁊ ſm hoc rationes ſunt ſolute.

¶ Tex. cōmēti. lxxix.

¶ Quod autē infinita omnino magnitudine non contingit infinitam eē potentiam ⁊c. Q̄ō. xj.

NUnc queritur vtrum virtus infinita poſſit eſſe in magnitudine finita: ⁊ arguit primo ꝙ ſic naꝫ celum eſt magnitudo finita: ⁊ tamen in ipſo eſt virtus īfinita: ergo prima pars antecedentis patet ſed ſecūda ꝓbatur: naꝫ in illo quod diutius durat eſt maior virtus: ergo in illo quod infinite durat eſt infinita virtus. ſed celum infinite durat: quia per tempus infinitū: ergo videtur ꝙ in ipſo ſit virtus infinita. ¶ Scḋo in aliquo graui puta. a. non eſt minor virtus ꝙ̄ ſi diſtaret a cētro mundi

per ſpacium infinitum:ſed tunc in eo eſſet virtus infinita:probatur quia tunc in deſcendẽdo velocitaret motuꝫ ſuum in infinitum ex alio:nam per auctoritatẽ de ponderibus graue quanto plus diſtat a centro eſt grauius ſm ſitum.¶ Tertio tota maſſa materie prime eſt magnitudo finita ⁊ tamen in ea eſt metus infinita.eſt enim infinite paſſiuitatis:ſicut dictuꝫ eſt.¶ Quarto probatur ꝙ ſaltem non implicat contradictionẽ ꝙ in aliqua magnitudine finita ſit virtus infinita:nam ſi in aliqua pte proportionabili alicuius ligni eſſet aliqua virtus ⁊ in ſecũda parte proportionabili dupla ⁊ in tertia tripla ⁊ ſic vltra in illo ligno eſſet virtus infinita ſcilicet virtus aggregata ex oibus iſtis virtutibus in numero infinita quarum quelibet eſt tanta vel maior aliqua certa data:ergo tale eſt infinitum in virtute ⁊c̄.

Tex.cõ.80 79. **In oppoſitum** vult Ariſtoteles in iſto 8°: qui nititur pbare iſtas duas concluſiones.prima eſt ꝙ in magnitudine finita nõ poteſt eſſe virtus infinita.ſecunda concluſio ꝙ in magnitudine infinita non poteſt eſſe virtus finita.¶ Ad pbandum primam preſupponit ꝙ omnis motus ſit in tẽpore.¶ Secundo ſupponit ꝙ maior virtus mouet idẽ mobile minori tempore q̄ minor virtus:his ſuppoſitis arguit ſic ſi in magnitudine finita poſſet eſſe virtus infinita ſequeretur ꝙ virtus finita poſſet idẽ mobile equali tempore mouere:⁊ in equali velocitate ſicut virtus infinita moueret idem mobile.hoc eſt contra ſecundam ſuppoſitionem:probatur conſequentia:nam ſit per aduerſariũ virtus infinita exiſtens in magnitudine finita.a.⁊ ſit virtus finita.b.⁊ ſit ſuum mobile.c.tunc.a. mouet.c.in minori tempore q̄.b.ſit ergo ꝙ in duplo minori tempore tunc augeatur.b.ad duplum vel ad quadruplum:ſic ꝙ moueat in duplo minori tẽpore q̄ prius mouebat:tũc tali augmentatione facta adhuc eſt finitum:ſed tunc mouet idem mobile in equali tempore:in quo mouet virtꝰ infinita:ergo ⁊c̄.¶ Pro ſecũda concluſione ſupponit ꝙ data magnitudine in maiori eius parte eſt maior virtꝰ:iſto ſuppoſito arguit ſic.ſi in magnitudine īfinita eēt virtus finita:ſequeretur ꝙ virtꝰ finita poſſet mouere in nõ tempore:ſed hoc eſt falſum:propter hoc ꝙ omnis motꝰ ſit in tempore ⁊ probatur conſequentia:nam illa virtus poteſt mouere in non tempore:que poteſt mouere idēꝫ mobile pluſquã aliqua virtus data vel dabilis:ſꝫ ſic eēt de virtute ſi eſſet in magnitudine īfinita:probatur hoc:nam quacunqꝫ virtute data alicuius magnitudinis finite cum in maiori parte ſit maior virtus:in magnitudine infinita poteſt capi aliqua eius pars in qua ē maior virtus virtute data:⁊ cum virtus totalis magnitudinis infinite ſit maior q̄ ſit virtus alicuius ſui partis:ſequitur ꝙ totalis virtus magnitudinis infinite eſt maior virtus q̄ ſit aliqua virtus finita data vel dabilis:⁊ per conſequens poſſet mouere idem mobile velocius q̄ aliqua virtus data vel dabilis:⁊ per conſequens poſſet mouere in non tempore:⁊ per conſequens eſſet infinita:⁊ per conſequens virtus finita eſſet infinita:quod implicat.¶ Circa predictas demonſtrationes Ar.dubitatur contra hoc quod dicebatur:ꝙ potentia infinita poteſt mouere idem mobile in equali tempore:equali velocitate.hoc negando dicerem enim primum motorem eſſe potẽtie infinite:⁊ illum poſſe mouere primum mobile:quod tamen nulla potentia finita poteſt mouere.¶ Secundo dubitatur contra hoc quod ſupponebatur ꝙ quacunqꝫ potentia finita data poteſt dari maior:aduerſarius hoc negaret:nam diceret primuꝫ motorem:vel vnum aliuꝫ motorẽ circa primum eſſe potentię finitę ⁊ tamen ſecũdũ non poſſe augeri:ergo non eſt poſſibilis ſuppoſitio iſta.¶ Tertio dubitatur contra hoc quod dicebatur ſi eēt virtus infinita in magnitudine finita tunc motus fieret in non tempore.diceret aduerſarius illud quod conuenit alicui per ſe nõ aufertur ab eo propter aliud:ſed motui conuenit per ſe ꝙ in tempore fiat:ergo hoc non aufertur ab eo pp põnẽ potentie infinite in magnitudine finita:⁊ per cõſequens propter hanc poſitionem non ſequiſ motum fieri in non tempore.¶ Ad iſta ad primam dubitationem reſpondet:ꝙ q̄uis potentia infinita poſſet mouere aliquod mobile quod nõ poſſet mouere potẽtia finita:tamen illud mobile quod poſſet mouere potentia finita:poſſet mouere potentia infinita ſi eſſet.

Tex.cõmenti.lxv.

¶ Maxime autem manifeſtum eſt:ꝙ impoſſibile eſt eſſe ⁊c. Cõ.xij.

Utrum inter quoſcunqꝫ motus reflexos oporteat eſſe quietẽ mediam:⁊ arguitur primo ꝙ non:nã mouetur vna faba ſurſum:⁊ obuiet ſibi vnus lapis molaris deſcẽdens:tunc illa faba attingit lapideꝫ molarem:vel cuꝫ eo deſcendit abſqꝫ hoc ꝙ prius quieſcat:vel oportet eam prius quieſcere:ſi dicatur primuꝫ ſequitur ꝙ non inter quoſcunqꝫ motus reflexos eſt quies media.ſ.inter aſcenſum fabe ⁊ deſcenſum eius:ſi autem dicatur ꝙ oportet eaꝫ prius qeſcere:ſequitur ꝙ ipſa detinebit ſecum illuꝫ lapideꝫ molarem ſurſum interim ꝙ ipſa quieſcit.modo hoc videtur inconueniens:ergo.¶ Secundo quando vnus lapis pĳcitur ſurſum tunc vel prius quieſcat ſurſum:q̄ deſcẽdat:vel econuerſo ſic deſcendit abſqꝫ hoc ꝙ prius ne quieuit.ſi dicatur ſecundum tunc inter motus reflexos non eſt quies media:nec poteſt dici primum vt videtur ex eo ꝙ non videtur eſſe aliquod detinens illum lapideꝫ ſurſuꝫ ne deſcendat.¶ Tertio nam videmus ꝙ vna pila proĳcitur ſuper terram:tunc econuerſo mouetur ſurſum:ergo prius quieuit ſuper terram vel non.ſi ſecundum habetur propoſitum.ſi primuꝫ hoc non valet vt videtur:naꝫ ſi prius quieſceret apud terram antequaꝫ aſcenderet nõ videtur vnde poſtea mouetur ſurſum cũ ſit nãliter grauis.

In oppoſitũ vult Ar. in iſto 8° vbi hoc pbat ꝙ ſuper lineaꝫ rectã p reflexionẽ non poteſt fieri vnus motus perpetuus poſtquam inter motus reflexos cadit quies media:non põt fieri vnus motus ex motu qui eſt ante reflexionem ⁊ poſt:⁊ probatur hoc ratione naꝫ ſi inter motus reflexos:non eſſet qes media ſequeretur ꝙ motus contrarĳ eſſent adinuiceꝫ cõtinui:nam vnus poſſet ſequi alium immediate ſcilicet motus ſurſum:⁊ motus deorſum:eiuſdem mobilis:ſed verum eſt ꝙ iſta ratio faciliter ſolueretur:nam diceretur ꝙ illi motus non eſſent continui:ſed vnus motus immediate ſequitur alium ſicut contigui.¶ 2° nam proĳciatur vna faba humectata ad parietem tūc reflectitur a pariete:⁊ paries inuenitur humectatus:vnde videtur illaꝫ fabaꝫ quieuiſſe per tempus.¶ Circa iſtam queſtionem ſit prima concluſio ꝙ non neceſſario inter quoſcũqꝫ motus reflexos eſt quies temporalis:pro iſta concluſione facit ratio adducta in pncipio de faba cui obuiet lapis molaris deſcendens.¶ 2° nam ſit vna muſca que aſcendat ſuper aliquam lanceam quieſcentem:tunc in quocunqꝫ inſtanti illa poteſt incipere quieſcere:in eodem poteſt illa lancea incipere deſcendere.ponamus ergo .a.inſtans in quo illa muſca incipit quieſcere.in eodem inſtanti illa lancea incipiat deſcendere.tunc muſca continue ante aſcendebat ⁊ ſine medio poſt.a.deſcendebat:ergo inter aſcendere ipſius muſce in iſto caſu:⁊ inter deſcendere non intercipiſ qes media tpalis:ſed illi duo motus

ſunt motus

ſunt motus reflexi:ergo inter aliquos tales motus non eſt quies media. ¶ Tertio ponatur ꝙ aliqua muſca aſcẽdat ſuper aliquam lineã velocius ꝙ̃ illa lancea deſcẽdat ⁊ remittatur velocitas aſcẽſus illius muſce donec fiat minor ꝙ̃ velocitas deſcenſus illius lancee tunc in inſtanti in quo velocitas muſce ⁊ velocitas lancee ſunt equales verum eſt dicere ꝙ immediate ante hoc muſca aſcendebat: ⁊ veruz eſt dicere ꝙ immediate poſt hoc deſcendet: quia immediate poſt hoc deſcenſus lancee erit velocior ex quo iterum ſequitur ꝙ inter aſcendere: ⁊ deſcendere ipſius muſce non ſit quies media: conſimili modo poſſet argui de homine exiſtẽte: in naui quieſcente: qui quidem homo mouetur ab oriente in occidens tunc in quolibet inſtãti in quo iſte homo poteſt incipere quieſcere: in eodem inſtanti poteſt iſta nauis icipere moueri ab occidente in oriens. ponatur ergo ꝙ ſic fiat in .a. inſtans ⁊ veniat idem de motu reflexo animalis: ſicut arguebatur de motu muſce. Similiter poſito ꝙ homo in naui moueatur ab oriente in occidens ⁊ nauis econuerſo ⁊ remittatur velocitas motus hominis tam diu recte in caſu de muſca: ⁊ eſt ſimile argumentum in forma.

¶ Quarto poteſt argui de motu alterationis: nam ponat ꝙ aliquis alteretur ab aliquo frigido vſq; ad iſtans imaginatum: poſſibile eſt ꝙ pro illo inſtanti pmo ſit illi alterabili applicatũ vnũ calefaciens obtinens ſuper reſiſtentiam illius alterabilis: ⁊ ſup illud frigefaciens: ⁊ tũc ſit illud alterabile ſine medio ante hoc frigeſiebat: ⁊ ſine medio poſt hoc calefiet. ergo iteruz inter motus reflexos nõ ẽ quies media. ¶ Quinto poſſet argui de augumẽtatione: vt ſi aliquid augeret vſq; ad aliquod inſtãs imaginatum pro quo ſibi pmo eſſet applicatũ diminuens: obtinens ſuper illud augmentãs ⁊ reſiſtentiaz diminuibilis: tunc ſequit idẽ: quod de alterabili. ¶ Secunda ꝯcluſio inter motus reflexos non eſt quies inſtãtanea: ꝓbat: nam ſicut nihil mouet in inſtanti ſic nihil quieſcit in inſtãti: quies enĩ ⁊ motus opponunt priuatiue: ⁊ per ꝯñs pro menſura pro qua non eſt aptus natus fieri motus: nec etiam eſt quies. ¶ Ex iſtis duabus ꝯõnib' et ſequit: ꝙ nec inter motus reflexos ſuper lineã factam ad angulum: non opz eſſe quietẽ mediaz: verbi gr̃a ſic: ſi aliquid moueret circa triangulũ: ⁊ vel quadrangulũ. non opz illud quieſcere cuz eſſet ſuper illo angulo ad quez eſſet tractio illaz linearum. Sed aliquis dubitaret hic ponat ergo ꝙ aliquod mobile moueat ab .a. ad .b. ⁊ ecõuerſo moueatur ab .b. ad .a. tũc ſi non neceſſario illud mobile quieſceret in termino reflexionis: queratur vtrũ illud mobile aliq̃ñ fuerit in .b. vel nunq̃: ſi nunq̃ ſequit illud mobile non moueri ab .a. ad .b. poſtq̃ nunq̃ fuit in .b. ſi dicatur ꝙ aliq̃ñ fuit in .b. vel ergo per tempus vel per ſolũ inſtans. non põt dici ſcd̃m ex eo ꝙ iſtans nihil eſt: nec aliqua menſura vera: ſed ſolũ imaginaria. Si dicat ꝙ fuit in .b. per tempus ſequitur ꝙ quieuit in .b. ⁊ per ꝯñs inter illos motus reflexos. ſ. ab .a. ad .b. ⁊ econuerſo erat quies media. ¶ Breuiter volens ꝯcedere inſtantia faciliter ſoluit illa: ſed non cõcedendo inſtantia. dicendum eſt ꝙ in caſu ꝓdicto illud nunq̃ fuit in .b. in actu: ſed ſolum fuit in .b. in potentia: quod ſic intelligit ꝙ motu ab .a. ad .b. finito ⁊ cõpleto: ſi illud mobile non iterũ fuiſſet motum. fuiſſet tũc in .b. ſed q: hoc eſt poſſibile dicimus illud mobile fuiſſe in .b. in potẽtia. ¶ Tertia ꝯcluſio. illi mot' quorum vnus eſt ante reflexionem ⁊ alius poſt ſunt contrarij. probatur: quia ſi vnus eorum eſt ſurſum: ⁊ alter eoz eſt deorſum: ⁊ ſi vnus eſt ad dextruz: alter eſt ad ſiniſtrũ: modo tales ſunt contrarij. ¶ Secundo illi motus ſunt contrarij: quorum vnus eſt impeditiuus alterius: ſed ſic eſt de motibus: quorum vnus eſt ante reflexionem: ⁊ alter poſt. ergo maior eſt nota: minor probatur: nam ſi aliquod mobile moueatur ab .a. ad .b. ⁊ vnũ aliud .a .b. ad .a. tunc cum illa duo mobilia ſibi obuiarent vtrinq; illorum impediret reliquũ in ſuo motu: modo iſti duo motus ſunt omnino ſimiliter ſicut motus: qui eſt ante reflexionem: ⁊ alter poſt. ¶ Quarta ꝯcluſio ex motibus quorum vnus eſt ante reflexionem ⁊ alter poſt non poteſt cõſtitui vnus motus: probatur: nam ad vnitatez motus requiritur continuitas: modo motus: quorum vnus eſt ante reflexionem: ⁊ alter poſt: non poſſunt eſſe continui: q: ſunt contrarij: licet poſſint eſſe ſophei. i. contigui. ſicut patet ex dictis iuxta pmam ꝯcluſionẽ. Q3 autez motus contrarij non poſſunt eſſe contigui adinuicem: probat: quia motus contrarij dicuntur ſpecie. ſed differentia ſpecie non poſſunt eſſe adinuicem continua: propter hoc ꝙ continuorum vltima debent eſſe vnum. Sed modo differentia ſpecie vltima non ſunt vnuz. ¶ Secũdo ſi ſic ſequeretur ꝙ idem moueretur motib' contrarijs. ſ. ſimul albeſieret: ⁊ nigreſieret: hoc eſt inconueniens: ⁊ probatur conſequentia: nam ſi motus de albo ad nigrum: ⁊ econuerſo a nigro ad album per reflexionem eſſent vnus motus. tunc mobile moueretur illo motu ad nigrum ⁊ ad album ſimul ⁊ ſemel: ⁊ ſic ſimul albeſieret ⁊ nigreſieret: vnde q̃z cito illud mobile moueretur verſus album: poſtea verſus nigruz ⁊ econuerſo eſſent vnus motus. ¶ 5ª concluſio ſuper lineam rectaz non poteſt eſſe motus perpetuus: probatur. non poſſet eſſe aliquis motus ſuper lineam perpetuus per reflexionem: quia talis motus nõ eſt continuus: ſed ſi deberet eſſe perpetuus oporteret ꝙ eſſet vnus. quare ⁊c̃. ¶ Sexta concluſio ꝙ ſolus motus ſuper lineam circularem poteſt eſſe perpetuus: probat: nam aliquis motus localis poteſt eſſe perpetuus: ⁊ de facto eſt: ergo vel motus localis rectus: vel circularis: vel mixtus ex recto ⁊ circulari: non poteſt dici ꝙ rectus per precedentem concluſionem: nec etiam poteſt dici ꝙ mixtus ex recto ⁊ circulari propter hoc ꝙ illud mixtum non eſt poſſibile cuius alterum mixtibilium non eſt poſſibile: ſed ſic eſt de motu mixto ex recto ⁊ circulari: nã ex quo non eſt poſſibile motum rectum eſſe perpetuum per precedentem concluſionem: ſequitur motum mixtum ex recto ⁊ circulari eſſe perpetuuz non eſſe poſſibile. relinquitur ergo motum circularem eſſe perpetuum ⁊ hoc eſt cõcluſio. ¶ Septima cõcluſio impoſſibile eſt motus reflexos naturales eiuſdem ſpeciei fieri ſine quiete media: ꝓbatur: nam motus naturalis alicuius mobilis ad aliquem terminum eſt cum inclinatione naturali ipſi' ad illum: cum ergo illa inclinatio naturalis non poſſit ſubito deperdi: ſequitur ꝙ oportet mobile quieſcere in termino ſui motus anteq̃ recedat ab eo. ¶ Octaua concluſio inter motum naturalem: ⁊ motum violentum alicuius non eſt ſemper quies media. ⁊ pro probatione iſtius concluſionis ſufficit ſupponere quod ante dictum eſt: ⁊ per hoc ſoluitur ratio prima in oppoſitum. ¶ Unde lapides vel ſagitte proiecte ſurſum oportet eſſe quietẽ mediam: niſi per obuiationem alicuius obſtaculi impediatur talis quies. ſicut arguebatur de obuiatione lapidis molaris deſcendentis ⁊ fabe proiecte ſurſum. Cum enĩ modo eſt talis obuiatio: eſt quies media inter aſcenſum violentum ⁊ deſcenſum naturalem: probatur: nam cuz aliquod graue proijcitur violenter ſurſum: tunc anteq̃ illud graue deſinat aſcendere: oportet ꝙ motus quo mouetur ſurſum: deſinat excedere reſiſtentiam medij: ⁊ grauitatis proiecti ⁊ non ſtatim illud proiectum econuerſo deſcendit. Nam adhuc oportet: ꝙ illa virtus impulſiua tã diu remittatur: ꝙ grauitas ipſius proiecti non ſolum excedit illam virtutem: ſed aggregatum ex illa virtute ⁊ reſiſtentia medij. ⁊ ad hoc requiritur tempus: pro quo nec aſcendit: nec deſcendit: ſed quieſcit: ⁊ ſm̃ iſtas concluſiones vadunt rationes vijs ſuis: ⁊ etiam auctoritates adducte.

¶ Tex. cōmēti. lxxxij.

¶ De his autē que feruntur: bene ſe habet dubitare ⁊c. Q̄ō. xiij.

Ultimo Queritur a quo moueatur proiectum ſurſum poſt ſeparationē illius a quo ꝓijcitur. Iſtam dubitationem tangit Ar. circa finem hui⁹ octaui. Circa qḋ ſunt diuerſe opiniones. quarum ꝑma eſt ꝙ mouetur a ꝓijciēte. ⁊ hoc iſta opinio vult ſic oſtendere: nā ab illo mouetur ꝓiectū cui imponitur ꝓiectio: ſed ſic eſt ꝙ iponitur ꝓijciēti iſta ꝓiectio. ergo: naz ſi aliquis ꝓijceret aliquē lapidē: ⁊ ille cadat in aliquē locum ⁊ occidat aliquod aial: tunc ſi queritur quis ꝓiecit talez lapidem ⁊ occidit tale aial: rñdetur ꝙ ſor. vel plato: qui ꝓiecit. ſed iſta opinio nō valet ꝓp hoc: nā ſtatim poſt exitū a manu ꝓijciētis ipm ꝓijciens pōt corrūpi: ⁊ tamen adhuc ꝓiectū pōt moueri: ſed tunc nō eſſet dicendū ꝙ mouetur a ꝓijciēte ꝓp hoc ꝙ talis nō eſt: ergo opꝫ dicere ꝙ mouetur ab aliquo alio: cū omne qḋ mouetur ab aliquo mouetur. ⁊ de illo queritur tunc quid ſit illud qḋ mouet hoc. ¶ Ad rōnē opinionis rñdetur ꝙ ꝓijcienti bene imponitur ꝙ fuit occaſio talis ꝓiectiōis vel occaſionis: nō tamē ſibi imponitur ꝙ ꝑ totū tempus ꝓiectiōis fuerit cauſa immediata talis ꝓiectiōis. ¶ Alia eſt opinio ⁊ ponit ꝙ ꝓiectum poſt exitum eius a manu ꝓijcientis mouetur ab aere per antipheraſim: qḋ intelligitur ſic: ꝙ ꝓiectū quū ſeparatur a manu exit velocius q̄ꝫ a ſuo loco: ⁊ tūc q: nā abhorret vacuū: aer exiſtens retro ad implendū vacuū inſequitur ipm ꝓiectū. ⁊ quū inſequitur velociter quū attingit ipſuz mouet vltra. Sed breuiter Ar. iſtā opinionē improbat: nā ad iſtā opinionem ſequitur ꝙ in motu ꝓiecti oporteret omnia retro moueri vſqꝫ ad celū: q: opꝫ ꝙ aerem pꝛimo inſequentē alius aer inſequeretur: ⁊ illū iterū alius: ⁊ ſic in infinitū vſqꝫ ad celum. ſed ad iſtā rōnez aliqui cadent ꝙ nō opꝫ omnia retro ꝓiectū moueri: nam ex quo aer ē cōdenſabilis ⁊ rarefactibilis: tunc aer qui eſt retro ꝓiectuꝫ pōt rarefieri, ⁊ ſic inſequeretur ꝓiectū: ⁊ replet locuꝫ in quo erat ꝓiectū ⁊ aer ante cōdenſatur. ſed iſta rñſio nō valet: naz cū talis rarefactio eſſet violēta: nō ſufficeret aer ſic rarefactus tāto impetu nec tā lōge mouere aliqḋ ꝓiectum graue. 2° nam ſm iſtaꝫ rñſionē oporteret aerem ante ꝓiectionem cōdenſari: ⁊ tunc talis cōdēſatio aeris tātū impediret motū ꝓiectū: quātū iuuaret rarefactio aeris exiſtēdo retro. 3° nam tunc ꝓiectio deberet fieri eque bene ꝑ aereꝫ rarū: ſicut ꝑ aerem denſum ꝓp hoc: q: nō tanta violentia aer denſus rarefit: ſicut aer rarus cū nō ad quēcunqꝫ gradū raritatis aer inclinatur. ¶ Silr iſta opinio nō habet locū: in motu mole fabri: ſilr in motu troci: videmus enim ꝙ trocus poſt exitū eius a manu ꝓijciētis diu mouetur circulariter abſqꝫ hoc ꝙ aliqs aer ipꝫ inſequatur. mouet eni ſup eodē puncto ſpacij ſub quo mouetur. ſilr eſt alia experientia: nā aliqs ſedens ſup plauſtrū feni nō ſentit retro ſe aereꝫ inſequētē: bene autē ante ſe aerē reſiſtentē: tunc illud plauſtrū feni adhuc mouetur trahētib⁹ illud plauſtruꝫ deſinētibus trahere: ⁊ hoc nō eſſet ſi tunc moueretur ab aere inſequēte. ſilr eſt alia experientia ſi aliquis ꝓijcit aliquem globum feni vel ſtupe tunc videmus ꝙ retro alique particule trahunt ſe verſus ꝓijcientē: qḋ nō eſſet ſi illud ꝓiectum moueretur ab aere inſequēte: immo tunc ille particule deberent ſe trahere ad aliam ptē: ſimiliter ē talis experientia: nam videmus vnā paruā ſagittaꝫ valde velociter moueri quum ſeparatur a proijciēte: ⁊ tñ ſic non deberet eſſe ſi moueretur ab aere inſequēte ꝓp hoc ꝙ aer inſequēs eſt paruus ⁊ modicus. ¶ 3ª opinio eſt iſta ꝙ ꝓijciens mouet proiectū ⁊ etiā aerem circumſtanteꝫ: ⁊ quia iſte aer eſt innatus moueri velociter mouet ſecum illud proiectū: ⁊ ſic diceretur ꝙ ꝓiectum poſt ſeparationē a manu ꝓijcientis mouetur ab aere deſſerente ipſum. ¶ Sꝫ iſta opinio nō valet q: queritur de illo aere: ſicut de illo ꝓiecto vnde mouetur quū receſſit a proijciente: aliquis diceret ꝙ a ſua leuitate. ſed cōtra: nā leuitas ſolum eſt innata moueri ſurſum: proiectio aūt non ſolū eſt ſurſum vez etiaz ad latus: ergo. ¶ Aliter cōtra iſtā opinionez ſunt alique experientie: nā ſi aer circundans ꝓiectuꝫ ⁊ molam fabri vndiqꝫ obſtrueretur nō minus: vt videtur moueretur poſt ceſſationem a motu pꝛimi motoris: ergo videtur, ꝙ proiectū non ſic moueatur ab aere circunſtante deferente ꝓiectū. ſilr ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ poſſemus remotius proijcere plumā q̄ꝫ lapidem: ſed hoc eſt falſum. ſicut patet: ⁊ ꝯſequentia tenet ex eo. ꝙ minus reſiſtit pluma aeri deferenti q̄ꝫ lapis grauis. ¶ Similiter ſi pꝛedicta opinio eſſet vera ſequeretur ꝙ ſi ego repellerem cōtra te aerem ācſi proijcereꝫ ꝙ ille aer deberet facere magnū impetū cōtra te. qḋ tamē non experimur. ¶ Alia eſt opinio: quam pro nūc reputo veriorē: ꝙ proijciens imprimit proiecto quandā virtutem motiuā: que eſt quedam qualitas que innata eſt mouere: niſi fiat impedimentum aliunde ad eandē differentiā poſitionis: ad quā proijciens proijcit. Et ſꝫ iſtā opinionē poſſet reddi ratio quarundā experientiarum: q: pꝛima eſt: q: lapis habet plus de mā. ⁊ eſt magis denſus: q̄ꝫ pluma plus recipit de illa virtute motiua: ⁊ diutius eaꝫ retinet q̄ꝫ pluma: ⁊ ſic diutius mouetur poſt ſeparationē q̄ꝫ pluma: ⁊ ēt fortius ꝑcutit: ꝓp hoc ꝙ hēt plus de illa virtute motiua ſibi impreſſa: ⁊ q: ex nā ſua illud proiectū tendit ad motū oppoſitum: tandē illa virt⁹ impreſſa corrumpitur: ⁊ tunc illud mobile deſinit moueri tali motu. ¶ Alia experientia quare lancea longa proiecta fortius ꝑcutit q̄ꝫ lancea breuis: iterum cā eſt q: plus hꝫ de illa virtute ipreſſa. Et ſilr poteſt reddi rō quare motus nālis velocitatur in fine: ad qḋ eſt dicendum ꝙ mobile qḋ mouetur nāliter: acquirit ſibi quandā habitudinem ad talē motuꝫ que quidem habilitas ſibi acquiſita: vna cū grauitate eius mouet ipſuz velοci⁹. ¶ Iuxta iſtā opinionē poteſt dici ꝙ non eſſet neceſſe ponere tot intelligentias quot ſunt orbes: vnde diceretur ꝙ pꝛima cā creauit orbes celeſtes: ⁊ cuilibet eoꝝ impreſſit vnā talē qualitatem motiuā: que illū orbē taliter mouet: nec illa virtus ibi corrumpitur ꝓp hoc ꝙ talis orbis ibi nō eſt inclinatus ad motū oppoſitū ⁊c. Que res ſit illa virtus: nō ſpectat ad nālem: ſed ad metaphyſicū. ſ. an ſit ſubſtātia: an accidens: ⁊ ſi accidens: quale ſit: vtrū qualitas: vel quantitas: ⁊ ſi qualitas vtrū de pꝛima ſpecie vel ſecunda: vel de alia. hec omnia cōſiderare eſt altioris negocij. ſ. metaphyſici: quare ⁊c.

¶ Finis octaui ⁊ vltimi libri phyſicorum.

¶ Reuerendiſſimo in chriſto patri ⁊ domino. d. Dominico Grimano miſeratione diuina ſacroſancte Romane eccleſie Cardinali: ac Aquilegienſi patriarche digniſſimo: Nicoletus Uerinas Theatinus ciuis Uincentinus plurimam cōmendationem.

T Enuit cōſuetudo ⁊ antiq̄s ⁊ noſtris tēporibus. Quā omnes mirifice cōprobauerunt: vt viri excellenti ingenio: doctrinaq̃ prediti: nō tantūmō hoibus memorie ſue quoad viuerēt adiumēto nō mediocri eēnt: ſed ⁊ monumētis q̄buſdā ⁊ p̄clariſſimis ſcriptis poſteritati ꝯſulerēt: hos ego imitatus ꝑ virib⁹: Quāuis cū illis de laude ingenij minime ꝯtēdere velim: tētaui ſi aliqd effingere atq̃ excudere poſſem: quo vixiſſe teſtarer: ⁊ poſteris aliq̄ ex ꝑte ꝯſulerē. Nā cū tertius ⁊ triceſim⁹ annus agat ex quo ꝑmū gradū ꝓfitendi eā phie ꝑtē que a grecis phyſice dr̄ in gymnaſio Patauino ꝯſecut⁹ ſum: turpe putaui: ſi nō in lucē ꝓferrē ea que tot ānos: vt auditorib⁹ meis ꝓdeſſem: tū ex grecis tū ex latinis ſcriptoribus diligēter excerpſi. Itaq̃ cōmētationes q̄s in oēs Ar. libros ſummis vigilijs elucubrat⁹ ſum: vt editionē mereantur: in dies retractare ⁊ expolire nō deſino. Sȝ ꝑus opuſculū qđ de imortalitate aīe inſcribit. ⁊ ꝙ plures aīe ſint ⁊ nō vna pro fide catholica emittere nolui: vt ſit ꝙ alioꝝ operū velut agmen ducat. In hoc Auerroym maleſice opinionis ꝑfiduȝ ⁊ vanuȝ auctorē certiſſimis argumētis refutaui. Nec mihi nunq̃ ꝑſuadē potui: eē quenq̃ tā ſatui tanq̃ ſtolidi ingenij: vt eius mentētā veſana ſnīa ⁊ ad ferarū: vt aīūt: ſenſuȝ pot⁹ accedēs a vo deflecteret: hoc eſt a fide chriſtiana cui: ſiqs vel in minimis refragari audeat: ex hominū cętu ad feras relegādus eſt: vt aūt ab h̄ eruditiōes meas auſpicarer: nō mediocris cōſilij res fuit: ꝑrimis rumori falſo q ab inuidis quibuſdā ⁊ maliuolis circūferebat: occurrere volui. Nā cū in gymnaſio: vt crebro fieri ꝯſueuit: diſputādi ac acuēdi igenij grā falſam illā ⁊ ab oi vitate alienā opinionē Auerroys de vnico itellu nō nunq̃ argumētis ꝯfirmare tētauerim: aliq plebei ac minuti phici: hebeti ⁊ rudi ingenio ꝯīā opinionē: que veriſſima eſt aſſerere nō poſſent: in angulis de me venenato quodam ſuſurro ꝙ Auerroys ſnīam ſequerer obloq ceperūt. Ut in poſtrē more ſenū decrepitoꝝ dentib⁹ ⁊ morſu liuido carebūt: nā qđ de fide: hoc eſt de veritate ipſa ſemꝑ ſenſerim liq̄do agnoſcēt: ſiꝑ ⁊ ſuā iniuſtā maledictionē ⁊ nō tollerādā ignorantiā accuſabūt: cū Auerroys falſaȝ de vnico intellu ſnīam ab Ariſtotelico ſenſu: quo initit longe abhorrere ꝑſpexerint. Preter hanc cām adhortationes crebre Auguſtini Barbadici Uenetiaꝝ ſereniſſimi ducis acceſſerunt: qui vt diuino ꝑpe ꝯſilio ⁊ ſumma integritate. R. P. Uenetā gubernat ⁊ bello paceq̃ plurimū tutat ⁊ auget: ſic ad tuēdas fidei Catholice ꝑtes nō gladio ſed ſcuto: vt aiunt vtit: cuius feliciſſimo ductu ⁊ auſpicijs nō tm̄mō iperiū ſed ⁊ artiuȝ honeſtiſſimaꝝ ſtudia florent vigentq̃. Quid de Petro Barotio Patauine vrbis ep̄o religioſiſſimo dicaꝝ: qui ⁊ ſanctitate vite ⁊ doctrina ceteris xp̄iane religionis p̄ſidibus lōge p̄ſtat: huius volūtati honeſtiſſime ſi nō obtēperarem: flagitiuȝ nō mediocre putaui. Nā iā pridē vt hoc opuſculū in aptū ꝓferrē plurib⁹ verbis me monere ⁊ hortari nō deſtitit: his oib⁹ ad editionē cōpulſus. diu multūq̃ mecū cogitaui cui nā potiſſimū hoc opuſculū dicare: vnus ex oib⁹ Dominice Grimane cardinalis p̄cellētiſſime mihi occurriſt: qui ceteris hoc muniſculo longe dignior viſus es. tuȝ ob meā in te ſingularē obſeruantiā. tuȝ ob tuā in oi gn̄e virtutū diſciplinarūq̃ p̄ſtantiā. Nā vt in ſacroſancta Romana eccleſia tanq̃ ſplendidiſſimū ſidus effulges: ſic in phie ſacre q̃ Theologie ⁊ aliaꝝ ſciētiaꝝ ſtudijs eminentiſſim⁹ es. Hec in te expertus nō alioꝝ teſtimonio niſus ꝓferro. Probe memini dū hic in academia patauina liberalibus artib⁹ operaȝ dares quā breui ad ſummū eaꝝ faſtigiū perueneris: vt ſepenūo in diſputationib⁹: tū publicis: tū priuatis mira diſſerēdi ſubtilitate nō auditores tantū: ſed ꝓfeſſores ipſos in admirationē veneris. Si ceteras animi tui virtutes eximias ſingulareſq̃ dotes percenſere vellē: epiſtola vel ſtilo nō ſuccedente in volumen nō paruum excreſceret: merito te oēs ſummis p̄conijs ac laudib⁹ digniſſimū eſſe ſentiūt. Cui p̄clariſſimi viri ſcripta ⁊ ingenij ſui monumēta ſi ex his immortalitatē optent: dicare debeāt: cū multa: vt inqt ille: ideo p̄cioſa videant q: tēplis dicata ⁊ cōſecrata ſunt. Uerum p̄ter ſupradictas cauſas ad hanc inſcriptionē peculiaris cauſa me cōpellit ne ingrat⁹ erga tuā excellentiſſimā dominationē ab oib⁹ eſſe dicar. nā fidē quā mihi de ſacerdotio Aquilegiēſi dediſti: loco ſūmi muneris habeo: ⁊ rē iā pactā abſq̃ vlla dubitatione: qm̄ ꝓmiſſa tua regia ſunt: puta meminiſſe potes quēadmoduȝ olim anteq̃ hinc diſcederes cōiectura quadā tuaꝝ virtutū te ad hanc ſummā dignitatē ꝑuentuꝝ tibi vaticinatus ſim. Aderat Antonius Pigamanus phie ⁊ ſacre theologie ſummus auctor ac protonotari⁹ digniſſim⁹ feltrenſiſq̃ antiſtes: qui tua veſtigia in oibus imitari nitit: tunc hilari letoq̃ vultu vt ſoles te ꝯiectationis noſtre memorē fore reſpōdiſti ⁊ ſi res extra non fallacē ſortiret verba noſtra nō irrita: ſacerdotio aliquo quo me cohoneſtares cōprobatuꝝ. Superiorib⁹ quoq̃ diebus cū hic eſſes voti cōpos datā fidē te ꝑpe diē repſentatuꝝ multis verbis pollicitus es. Aderat maior pars populi patauini ⁊ reuerēdus in xp̄o pater ⁊ dn̄s. D. Jacob⁹ Peſaro paphenſis ep̄s ⁊ fidei noſtre p̄cipuū lumen: qui ꝓmiſſum hoc multis verbis extulit: tuaq̃ dominatione digniſſ..iā eſſe cenſuit. Aderat reuerēdiſſ.me. D. tue frater nobilis Patritius Uincētius Grimanus vrbis Uenete decus ⁊ ornamentū ſingulare. Quare interim quo ad Cōmētationes meas in Ar. libros retractauero ⁊ expoliuero: munuſculū hoc leta frōte excipies: qđ ſi tibi placuiſſe ſenſero maiora illa opa nō ſub p̄hi titulo: ſȝ: vt ſpo cāonicū: ſublimitati tue dicabo: cui iā p̄dē ⁊ me ⁊ oia mea: vt ſcis: addixi.

Maxima ſiderei ſpes ⁊ pia gloria cultus
  Grimanco latijs vnica fama locis.
Q; tibi Romane ſedes: Rubeiq̃ Galeri
  Debent: hos decoras q̄ decorere magis.
Per te pulſa lues vitij: genus omne malorum
  Romulidum: per te męnia priſca nitent.
Cum ſis tam ſuperis gratus: Judeaq̃ membra
  Feciſti vt ſacris leeua lauentur aquis:
Quanta tibi maior veniet laus ipſe rogantī

  Si Nicoleto iugera ſacra dabis
Fac modo Ariſtoteli qui tempora noſtra dicaui.
  Nunc valeam ſuperum religione frui.
Nil Sophie monumenta valet ſine turribus altis
  E quibus: vt fidei p̄co: metalla ſonent:
Sic tu mentiri facies: qui me male dicunt
  Chriſticulos mores: ac pia iura ſequi.
Si vetus: ⁊ ſophie cultor: fideiq̃ ſacerdos
  Fiam: quid ſuperi maius habere valent?

Reuerendiſſimo in chriſto patri ⁊ domino. D. Petro Barotio Patauino preſuli: domino ſuo obſeruandiſſimo: Nicoletus vernias Theatinus: ciuis Uincentinus: ordinarie philoſophiam ſine concurrentia in almo Patauino gimnaſio legens: plurimam cōmendationem.

Parue liber ſophię referens monumenta diſertę.
  Cur cito ſollicitus limina noſtra fugis?
Tu modo Romani plauſum ſentire Theatri?
  Tu ne cupis placido publicus ore legi?
Te tamen in primis moneo ꝙ fronte ſerena
  Moenia diuini preſidis alta petas.
Barotij ſtudio: mira munitus ⁊ arte.
  Grimanam poteris tutior ire domum.

Petrus Barotius: Dei ⁊ apoſtolice ſedis gratia epūs Paduanus: ⁊ comes Saccenſis: Nicoleto verniati theatino bonarum artiū ⁊ medicine doctori: ſalutē.

SCribit in actib⁹ apoſtolorum ſanctus Lucas euangeliſta de beato Paulo apoſtolo: qui ⁊ ſaulus doctor gentium: Cū eū de perſecutore pdicator factus fuiſſet: ſtupebant omnes qui eū audiebant: ⁊ dicebant: Nonne hic eſt qui expugnabat in hieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotū. Cū ipſum etiā beatus Paulus cōfitetur: cū ad galatas ſcribens dicit. audiuiſtis cōuerſationē meā aliquando in iudaiſmo? qm̄ ſupra modum proſequebar eccleſiam dei ⁊ expugnabā illam: ⁊ proficiebam in iudaiſmo? ſupra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator exiſtens: paternarum mearum traditionum: ⁊ paulopoſt eram inquid ignotus facie eccleſijs iudeę: quę erant in chriſto: tantum auditum habebant. Quoniam qui perſequebatur nos aliquādo: nunc euangelizat fidem: quam aliqñ expugnabat: ⁊ in me clarificabāt deū. Hęc tibi qui ⁊ ſtatura ⁊ noīe Paulus es: hoc eſt paruus: optime accōmodari poſſe exiſtimo: qui cū prius ⁊ diſputando ⁊ docendo: vnū eſſe in omnibus intellectū: ſic explanaueris vt totam pene italiā errare feceris: vt aiunt maliuoli tui ⁊ minuti phi: vt in epiſtola tua ais. Et ſi iſtud nō ſenſeris: fuiſti forte cā vt alij hoc ſentirent. Nunc opuſculū cōpoſuiſti quo ſentire te cōtrarium nō ſolum dicis: verū etiā probas. Quod cū diligentia vidimus ⁊ approbamus: quodq; tāto iis qui bonis artibus ſtudent vſui erit: vt dicere audeā ēt in te perfectū fuiſſe: id ꝙ apoſtolus ad Romanos ſcribens ait. vt vbi abūdauit delictū: ſuperabundet ⁊ gratia. Multo quippe pluris fieri cōſueuit in ſententiarū redargutionibus illius hominis auctoritas: qui eas aliquando acerrime tutatus eſt: ꝙ̄ cuiuſquā alterius. Quo circa: ſeu ita ſenſeris ſiue non opuſculum iſtud componere operepretium fuit: vt error ille peſſimus illius maledicti Auerroys extirparet. qui quāto alijs in hac ſnīa deterior fuit: tanto ⁊ in omni vita ſceleſtior. vnde vt tandem illud in lucē prodire ſinas: ſuadeo: ⁊ velut antidotū animę quoddā: quo ſanare ſe: qui ęgroti fuerunt queant. (Nā hoc medicū etiam decet) oſtendas. Nihil hac mihi re gratius: nihil iis qui te audiuerunt vtilius: nihil tibi: qui apud multos ob eam rem infamiam non mediocrem excitaueras honorificentius. Nihil phō: ⁊ eo pſertim phō qui tot continenter annos cū ſumma gloria philoſophiā docueris: dignius. Nihil poſtremo deo: cuius te ſpiritus ad illud componendum induxit: acceptius facere potes. Uale. Padue. xij. kalendas ſextiles. 1499.

¶ Queſtiones de pluralitate intellectus contra falſaʒ ⁊ ab omni veritate remotam opinionem Auerroys ⁊ de anime felicitate Nicoleti verniatis Theatini ciuis Uicentini: in almo Gimnaſio Patauino ordinarie ſine concurrentia philoſophiam legentis feliciter Incipiunt.

Queſtio eſt an intellectiua anima ſit forma ſubſtātialis humani corporis: vtrūue ſit in eo felicitabilis. Utraqʒ q̄ſtio grauiſſima eſt inter omnes queſtiones que ſunt de anima. Et Ariſtoteles promiſit determinare eaʒ in tertio de anima: nunq̄ʒ tamen in libris de anima eaʒ abſoluit: neqʒ i alijs libris vt ſancto Thome placuit: licet Albert⁹ dicat auctoritate Alpharabij eam abſoluiſſe in decimo ethicoruʒ. Diffidit quaſi Auerroes poſſe in totū primā queſtioneʒ abſoluere. Et hoc eſt ꝙ dicit tertio de anima cōmento quinto. Cū omnia ita ſint: ideo viſum eſt mihi ſcribere quod mihi videtur in hoc: ⁊ ſi hoc quod mihi apparet non fuerit completum: erit tamen principiuʒ complemēti: ⁊ tunc rogo fratres ſcribere ſuas dubitationes: ⁊ tunc forte inueniet verum in hoc ſi non inueni. Declarat etiam difficultatē queſiti diſcordia ſapientuʒ in eo. in quo inter peripatheticos eſt diſcordia nō parua. vt ex dicēdis patebit. De ſecunda iterum loquens Auerroes in tertio de anima in commento. 36. inquit: ⁊ iſta perſcrutatio: quā intēdit: eſt valde difficilis: ⁊ ambigua: ⁊ oportet nos perſcrutari ſʒ noſtrum poſſe de hoc. Et infra eodem commento. Cauſa autem iſtius difficultatis: ⁊ laboris eſt: quia nullum ſermonem inuenimus ab Ariſtotele in hac intentione: ſed tamen Ariſtoteles permiſit declarare hoc. Iſta queſtio non receſſit a cogitatione Auempache per temp⁹ nutus vnius oculi. Alpharabius ambiguus multum fuit in ea de quo Auerroes. Hoc queſitum eſt valde difficile: ⁊ cuʒ talis fuerit diſpoſitio Alpharabij in hac queſtione: quanto magis aliorum hominum. ¶ Pro tantaruʒ igitur queſtionuʒ explanatione: tria duntaxat facere inſtitui. Primo enim opiniones philoſophorum ab Ariſtotele deuiantium cum ſuis rationibus adducā. ¶ Secundo quid Ariſtoteles cum ſuis famoſioribus expoſitoribus ſenſerit explanabo. ¶ Tertio chriſtiane fidei ſincera veritas dilucidabitur ſoluendo cunctas philoſophorum rationes: que huic veritati obuiare videntur.

Articulus primus.

Quantum ad primum inuenio inter antiquiores philoſophos Permenideʒ voluiſſe: neqʒ mundum neqʒ aliquid ſimpliciter generari. videns tamen entia extimabilia plura eſſe reſpectu eorum poſuit diuinum amorem eſſe agentem cauſaʒ: qui amor lumen eſt cauſe prime non diſtinctum in ſingulis. neqʒ ſm eſſe neqʒ ſm eſſentiam: ⁊ propterea dixit omnia eſſe vnum finitum: ⁊ immobile: quia omnia vnum dixit eſſe ſecundum formā. ¶ Meliſſus non poſuit illud vnum eſſe infinitum: quia omnia dixit eſſe vnum ſecundum materiam: que quantum ex ſe eſt: infinita eſt ⁊ indeterminata. ¶ Xenophanes vero preceptor Permenidis hoc nō diſtinguens: ſed ad totum celum reſpiciēs dixit omnia eſſe deuʒ: ⁊ hoc ē ꝙ de Permenide primo metaphyſice dicit philoſophus. pmenides eni tentans mōſtrare vniuerſi generationē: primum quidem ait diuinū amorem fore prouidentē omnibus. ¶ Aliquoruʒ tamē opinio eſt ꝙ Exiodus prius hoc dixerit. Et hoc eſt ꝙ dixit philoſophus in eodem primo metaphyſice. Suſpicabitur vtiqʒ aliquis Exiodum prius queſiuiſſe huiuſmodi. Exiodus vō dixit omnium prius chaos fuiſſe: deinde terram latam ⁊ amorem qui conderet immortalia. ¶ Iſtis Anaxagoras Calçomenus conſentit. Coact⁹ eni Anaxagoras ponere cauſam agentem: dixit intellectum diuinum ſeparatum ⁊ immixtum eſſe cauſam toti⁹ vniuerſi: vt ponit Ar. de eo pmo metaphyſice. qs tamē hoc prius dixerit Ar. ſub dubio relinqt. ¶ Omnibus his etate prior thales Mileſius vnus ex ſeptē grecie ſapiētib⁹: qui huius ſpeculatiue phie princeps fuit. vt dicit philoſophus eodem primo metaphyſice primus dixit omnia eſſe dijs plena. Ante tamen eum antiquiſſima inuenitur opinio Orphei ⁊ Muſei: quos theologizātes philoſophus in primo metaphyſice appellat: eo ꝙ de theologicis in ſuis carminibus ſcriberēt. qui concordes cū thalete dixerunt totius aquā principium: ⁊ ꝙ omnia dijs replerentur. vnde dixerunt aerem plenuʒ animabus eſſe: quas inmortales ⁊ deos quoſdam eſſe dixerunt. De antiquitate huius opinionis loquens philoſophus pmo metaphyſice dicit. Si quidem igitur iſta antiquior ⁊ ſenior fuit de natura opinio: forſan vtiqʒ incertū erit ypon athoon. non vtiqʒ aliquis dignificabit: poſuiſſe cum eis propter ſui intellectus paruitatem. ¶ Omnes ergo pre nominati philoſophi in hoc conueniunt ꝙ ponunt intellectiuam animam ⁊ deum idem eſſe. Cum ergo deus eternus ⁊ vnicus ſit. ergo vnicus erit intellectus in omnib⁹ apud iſtos. Et ex iſtis opinionib⁹ pullulauit error Auerroys: ⁊ aliorum peripateticorum dicentium vnum eē intellectum in omnibus. ¶ Mouentur autē iſti ad hoc pbandum vna ratione efficaci multum: que referente Alber. primo metaphyſice fuit Alexādri peripathetici: que talis eſt: illa ſunt eadem: quorum principia eadem ſunt: ſed omnium principia eadem ſunt ergo ⁊c̄. Probat minor. Nam omnium principia ſunt materia pma ⁊ deus que nō differunt: nam illa ſub eadem natura entis cōtinentur: ⁊ ſupra ens nihil addunt: neqʒ differentias: neqʒ modos. Nam ſi aliqua talia ſuperadderent: eſſent compoſita: quod falſiſſimum eſt. Ex quo igitur in entis natura conueniunt: ⁊ in nullo alio differunt: ⁊ idē (vt Porphyrius inquit) eſt a quo aliquid non differt differentia: ſequitur deum idem eſſe materie. ⁊ ecōtra. Hoc ꝙ de Orpheo dictū eſt: colligitur primo de anima textu commenti. 84. vbi ipſe animā reſpiratum aereʒ aſſeruit. De Thalete tex. commēti. 32. vbi dixit omnia eſſe dijs plena. De Anaxagora textu commēti. 31. vbi poſuit intellectuʒ diuinum omnia mouere: ⁊ eſſe idem cum anima noſtra de quo commentator. Et ſermo iſtius eſt magis propinquus veritati ⁊ ſententie Ariſtotelis ⁊ ideo laudauit eū poſt Ariſtoteles in tertio de anima in tex. commenti. 24. Clarius ponitur ꝙ animus ⁊ intellectus idem ſunt: quia in commento ſuperiori dicit ꝙ idem ſunt ſcilicet genus ſibi abſolute. Et hoc ē qd̄ poeta in buccolicis dicit Ab ioue principium muſe iouis omnia plena. Et Lucan⁹ Eſt ne dei ſedes niſi tellus pōtus ⁊ aer Iuppiter eſt quodcūqʒ vides: quodcunqʒ mouetur. ¶ Poſt hos inuenio Democritum: ⁊ ei⁹ collegā Leucippū (vt dicit Ariſtoteles de eis primo metaphyſice de quo primo de generatiōe dicit philoſophus ipſum melius philoſophatū fuiſſe platone. Hi eniʒ cum ponerent indiuiduales atomos eē rerum principia quales in ſphera ſolis videntur. cum quibus poſuit vacuum: ex quo dimenſiones corporum fierent. talia enim indiuiſibilia non poſſunt eſſe cauſa diuiſibilium. ideo cum eis ponunt vacuuʒ. Ita vt ex atomis

Permenidis placitū meliſſi placitum.

Xenophanis ſnia

Exiodi placitum. capite ſcdo pheniij.

Anaxagoras.

Thales mileſius. Orpheus Muſeus.

Unde ſum pſerit ſn̄ peripatheticoꝝ erratum.

Nō pbant omneʒ eſſe vnum.

Tex. cō. 23.

Uirgilius

Lucanus.

democrit⁹

ſierent rerum ſubſtantie. Ex vacuo ꝙ eſt prima dimēſio apud eos dimenſiones corporum. Ex atomis igitur ponit eſſe animam compoſitam: quam cū poneret eē ignee nature propter ſui maximam mobilitatē. dixit eā ex atomis igneis ⁊ rotundis conſtare. figura enim rotunda ꝓpter carentiam angulorum maxime apta eſt ad motum mouentem primó ſe: deinde alijs dantem motū. Colligitur hec deſcriptio primo de anima tex. commēti. 20. Imaginabatur enim Democritus: ꝙ ſicut argentū viuum: quod erat in ſtatua minerue: quā dedalus compoſuit: mouebat primo ſe. deinde ſtatuā: ex qua ſtatua vulgus decipiebatur: credens illud diuino fieri miraculo. ita de anima d. ꝙ primo ſe mouet deinde corpus. Colligit̄ hoc vltimum primo de anima textu commēti. 44. Poſuit vlterius intellectum ⁊ ſenſum omnino idem eſſe: Non enī cognouerunt niſi ſenſibilia ⁊ materialia. Et propter hoc laudat homerum dicentē ꝙ hector aliqū ſapiens iacebat. cum enim in eo erat mutatio apud ſenſū: erat etiam mutatio apud intellectum. fertur enim de eo ꝙ aliquando ad amentiam ducebatur (vt dicit de eo Ariſtoteles in problematibus) hoc idem pōit de Homero primo de anima textu commenti. 23. ⁊ ſecūdo de anima textu commēti. 104. vbi inquit Homeri auctoritate: ꝙ talis eſt hominis intellectus: qualem pater hominū atqꝫ deorum ducit in die. ¶ Hoc idē ſentit empedocles agrigentinus ſiculus (vt ibidē patet) ⁊ quarto metaphyſice

Tex. cō. 23.

Empedocles.

textu commenti. 20. primo de anima. d. animam eſſe. 6. res. Ratio autē ſui dicti fuit. Nam omnes antiqui q per ſentire ⁊ cognoſcere venati ſunt naturā anime. dixerunt animam conſtare ex principijs: que quidem principia alij dicebant eſſe vnum: alij plura: ⁊ illi quidē: qui vnū faciebant principium illud vnum eſſe animam dicunt. qui vero plura: ex illis eam componi dicūt. ¶ Unde cū empedocles. 4. elementa poſuerit rerum principia: cum lite ⁊ amicitia dixit animā eſſe. 6. res. ¶ Fundabant enī antiqui ſuam opinionem in tribus propoſitionib⁹ prima omnis res per ſuum ſimile cognoſcitur. ſecunda ꝙ res non cognoſcitur niſi per ſua principia. tertia ꝙ anima cognoſcit omnia. Ex iſtis arguo ſic anima omnia cognoſcit ex tertia propoſitione. ergo cognoſcit per principia omnium ex ſecunda propoſitione. ⁊ cū cognitio ſiat per ſimile: ex prima propoſitione ⁊ cum ſimilitudo ſit relatio realis fundata ſuper vno: quinto metaphyſice. vnū ergo ⁊ idem erit anima cum principijs omnium: ⁊ ſic anima habebit in ſe principia omnium ſecundum eſſe reale. Colligitur hec ab Auerro. primo de anima textu commenti trigeſimitertij. Diffinitio autem empedoclis de anima ponitur in textu commenti. 25. Aliquando tamen ſecutus eſt empedo. Pythagoram (vt in eius opinione videbitur.) ¶ Diogenes ponens aerem rerū principium: dixit animam eſſe aerem. Heraclitus dixit eā eſſe vaporem. Hipon Atheon magis rudum: aquā eā dixit. Cretias ſanguinem. omnes ergo hi philoſophi in hoc conueniunt quia ponunt animas omnes generabiles ⁊ corruptibiles ⁊ cōſequenter habent ponere eas eſſe veras formas dantes ſpecificum eſſe ⁊c̄. De Diogene ⁊ alijs nominatis loquitur philoſophus ꝑmo de anima textu commenti. 31. Omnia igitur elementa iudicē habuerunt preter terram propter ſui vilitatē (vt. P. ingt) Nullus enim antiquorum ponit ſolam terram principium eſſe excepto heſiodo qui (vt inquit commentator primo metaphyſice textu commenti trigeſimi) non fuit philoſophus ſed legiſta. ¶ Pythagoras vero ſummus philoſophus ſapientiſſimus. Iſte enim fuit primus qui recte cognouit agentem cauſam. Alij enim quaſi balbutientes loquebant̄ de ea ⁊ obſcure. vnde (vt dicit Ariſtoteles primo metaphyſice: ꝙ ante italicos. i. Pythagoricos vt omnes exponunt: Pythagoras vt inquit ſanctus Thomas compatriota noſter) dictus eſt ſamius a ciuitate calabrie: ⁊ ita merito a philoſopho italicus appellatur. ſed credo ꝙ dicatur italicus quia in calabria docuit apud crotonem ciuitatem calabrie. Ante iſtū dico ꝙ loquebantur de cauſa agente qualiter ī bello ineruditi faciunt: ⁊ enim illi circunducti ſepe bonas plagas faciunt. ab iſto plato pro magna parte ſuam accepit philoſophiam. ⁊ hoc eſt quod ponit Ariſtoteles primo metaphyſice poſt dictas vero philoſophias platonis ſuperuenit negocium: in multis quidem hos ſequens: alia vero ⁊ propria preter italicorum philoſophiam habēs. De iſto loquens Tullius in libello de deorum natura. d. nō aliter probari a quocūqꝫ ſua dicta refertur niſi quia ipſe dicit. Cum ergo melius alijs ante eum cauſam agentē cognouiſſet. dixit ab vno primo ſimplici ꝙ eſt vniuerſi cauſa nulli innitens numero. omni tamen rei numerū dante: cuncta procedere. Reſpectu vero ſenſibilium poſuit mathematicos numeros principia in his ſenſibilibus exiſtentia ⁊ nullo modo ſeparata (vt voluit plato). Et hoc eſt ꝙ ſeuerinus ille boetius in pro° ſue arithmetice ſententiam pythagore transferens: ait. omnia quecunqꝫ a principio rerum natura contracta ſunt numerorum videntur ratione formata. hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar. hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata eſt: hinc temporum vices celiqꝫ conuerſio. De anima vero loquens dixit in mortalem eſſe. aliter ipſe non poneret ipſā de corpore in corpus transformari: omneſqꝫ eſſe eiuſdem rationis. Cum opera conſimilia artis ab eis ⁊ a brutis ⁊ hominib⁹ perueniant: vt patet in animalibus nidificantibus ex quo poſuit in ſuis legibus ꝙ ſacrilegium eſſet carnes cōmedere: quem errorem manichei vſqꝫ in hodiernum diem imitantur. vnde Ouidius compatriota noſter o quātū ſcelus eſt in viſcere viſcera condi. pythagoras enim vt faceret duces colere iuſticiam poſuit etiam in ſuis legibus ꝙ quelibet anima quodlibet corpus ingredi poteſt. Ita ꝙ volebat ꝙ anima illa: que iuſticiā non coleret ingrederetur corpus deterius mulierum primo deinde brutorū. ⁊ hoc ē ꝙ dicit. P. de eo in primo de anima in textu cōmenti. 53. in noua tranſlatione. ſecundū autē pythagoricas fabulas quelibet anima quodlibet corpus ingredi poteſt. in tranſlatione commentatoris videt̄ eſſe poſſibile apud eos vt quelibet anima exiſtat in quolibet corpore: ⁊ transfferatur de corpore in corpus ſicut dicit pythagoras in apologo quem poſuit ad corrigendū animam ciuiū. ⁊ Calcidio in thymeo referēte pythagoras in ſuis aureis verſibus ſic dicit.

Tex. cō. 20

Diogenis opinio.

Pythagoras.

Empedoclis ratio ꝙ aīa componat ex 6 rebus.

Corpore depoſito cū liber ad ethera perges:
    Euades hominem factus deus etheris almi

¶ Huic Almeon cōſentit: qui pythagora ſene exiſtēte philoſophari cepit: vt dicit. P. ꝑmo metaphyſice. hic cū pythagora concordans poſuit animā immortalē eſſe ⁊ de natura celi: vt primo de anima textu commenti trigeſimiſecundi colligitur. huic etiam aliquando empe. conſenſit vt patet ex quibuſdam carminib⁹: que ipſe compoſuit: vt Macrobius refert: que ſunt infraſcripta.

Namqꝫ ego iamdudū vixi puer: ⁊ ſolida arbos.
    Et tali ſexu inde aīal. cum lactea virgo.
Natus itē vt pecudes cedit matrēqꝫ patremqꝫ.
    Nec ſentit charos mandens ſub dentibus artus.

¶ Et Horatius de eo inquit.
    Seruari nolit dicam ſiculiqꝫ poete
    Narrabo interitum: deus immortalis haberi.
    Dum cupit empedocles: ardentē frigidus ethnā
                                        Inſiluit:

Inſiluit: ſic ius liceatq; perire poetis.
Cor iubet hoc ⁊ enim poſtq̄ deſeruit eſſe.
Meonides quintus pauone ex pythagoreo.
Troiani tempore belli pantholides. Euphorbiū eram.

Platonis ſententia

¶ Poſt hos inuenio diuum Platonem voluiſſe mundū ipſum atq; animas noſtras intellectiuas ab ipſo deo ab eterno fuiſſe ꝑductas. De animabus infra probabit᷑ plane. Et patet ex thimeo expreſſe (vt infra tanget᷑) vbi vult incorruptibilia omnia ab ipſo deo imediate ꝑduci. De mundo patet ab Ariſtotele textu commenti. 102. primi de celo: vbi dicit. Genitum quidem igitur omnes eſſe dicunt. Hi quidem ſempiternum. Ecce ꝙ hi. ſ. platonici (vt omnes exponunt) dicunt celum genitū: ſed ab eterno. hoc etiam patet ex expoſitione Xenocratis diſcipuli platonis: qui platoni auxilium afferens dixit celum ſecundum platonem ab eterno productum fuiſſe: vt patet eodem primo celi textu commenti. 125. vbi commētator. Defendentes autem platonem dicunt ꝙ aſſimilatio generationis mundi ex ſuis elementis generationi finitarum ex lineis: ⁊ ſuperficiebus a platone ſignificat ꝙ mūdus ſemper fuit apud platonem. Et quod ipſe non intēdebat per hunc ſermonem: niſi ꝙ partes eius ſunt priores natura toto: non quod ipſe fuit generatus vere. Et ſi hoc intendebat nihil differt ab Ariſtotele. Hec commentator. hoc idē arguitur a Simplicio viro doctiſſimo primo celi textu commenti. 22. contra Joannem grāmaticum.

Simplici⁹ c. Joannē grāmaticū

Nam plato voluit ſimul tempus ⁊ celum factum eſſe: vt patet ab Ariſtotele octauo phyſicorum textu commenti. 10. tempus autem impoſſibile eſt eſſe factum. plato autem ipſum generat ſolus. ſimul enim cum celo factum eſſe: celum autem factū dicit. vult ergo tempus factum: ſed impoſſibile eſt ipſum eſſe factum: vt prius non fuerit. Nam factum de nouo: ante non habebat eſſe: erat ergo ante: que eſt differentia. Sed intellexit plato ipſum factum ab eterno. vnde voluit plato ſm ſimplicium: ꝙ conditor cum bonus ſit: bona facit: ⁊ cum non ſit impeditus ſemper bona facit. Cum ergo alia habent eē a deo: ſunt (inquit plato) ex ſe ipſis diſſolubilia. Quod intelligendum eſt ſm rationem. i. (vt inquit ſimplicius) cum cauſa natura precedat cauſatum: poteſt intelligi non intellecto ipſo: ⁊ ſic habere non eſſe.

Conſenſus Platonis ⁊ Ariſtote. de mundi eternitate.

Nulla ergo eſt differētia inter platonem ⁊ Ariſtotelem in re ſecundum ſimplicium. Unde plato in politico negocio ſeparat⁹ deū a mūdo: que ſeparatio eſt rationis tantum. Et hoc eſt ꝙ plato in Thimeo ait. Dij deorum: quorum opifex ego ⁊ pater ſum: hec attendite que a me facta ſunt: me volente indiſſolubilia ſunt: omne ſiquidem quod vinctum eſt: ſolui poteſt: ſed mali eſt (quod pulchre compoſitū eſt ſeq; habet bene) velle diſſoluere: quapropter quia generati eſtis immortales quidē: ⁊ indiſſolubiles non eſtis. Nec tamen vnq̄ diſſoluemini: nec mortis fatū ſubibitis. Nā voluntas mea maius preſtantiuſq; vobis eſt vinculum ad vite cuſtodiam: q̄ neruus illi: quibus eſtis tunc cum gignebamini colligati. Sed nunc quid iam iubeam cognoſcite tria adhuc genera mortalium nobis generanda reſtant abſq; horum generatione: celum imperfectū erit: omnia enim animantium genera ambitu ſuo non continebit: contineat autem opꝫ. Si eſt mundus perfectus omnino futurus. Hec vero ſi a me fiant ſolo: vitaq; donentur: dijs adequabuntur: quapropter accedite vos ſecundum naturam ad animalium generationē. Et quibuſdam interpoſitis. Ego vobis ſementem tradam vos cetera exequi par eſt: vt immortali nature mortalem attexentes faciatis generetiſq; animalia ſubminiſtranteſq; alimenta augeatis: ⁊ conſumpta rurſum recipiatis. ¶ Uoluit igitur plato intellectiuas animas ab eterno creatas fuiſſe a deo deorum in comparibus ſtellis poſitas: apud ſe omnium intelligibilium formas habētes: eaſq; corporibus infundi: in quibus ob lactis vndā ⁊ nutrimenti ad ſuperiora non valent ſuas exercere operationes: ita vt earum obliuiſcantur: habitus tamen nō perdunt: aſſimilate enim eas ebrijs: aut epilenticis: aut in ſomnio exiſtentibus in quibus perdunt opera: non autem habitus. Et ideo purgato corpore a ſuperfluitatibus per ſtudium non adiſcere de nouo animā: ſed per ipſum ⁊ ſenſibilia non diſponi (vt dixit Auicen.) ſed tantum expergefieri ⁊ excitari animam ad intuendū ea que prius didicerat: itaq; noſtrum adiſcere eſt apud eum reminiſci. Et hoc eſt ꝙ Boetius in ſuo de conſolatione inquit. Si platonis muſa perſonat verum: quod quiſq; didicit immemor recordatur.

Cōpleta ſ. animalium Platonis ſententia.

Colligitur iſta ſentētia primo poſteriorum primo metaphyſice. ⁊ ſeptimo phiſicorum textu commenti. 20. Tex. c³. 4.

¶ Uoluit etiam plato ꝙ ſi anime bene beateq; vixerint in corporibus: facta earū a corpore ſeceſſione: ad cōpares ſtellas redire. Et hoc eſt quod Macrobius de eius intentione in de ſomno Scipionis ait. Juſtitiam ⁊ pietatem colens non perit pereunte corpore: ſed ad ſedes transfertur ſydereas: cum dijs immortalibus in ſecula regnatura. Et ſic felicitatem ponit poſt ſeparationem: ſicut nos chriſtiani. ſi vero male vitioſeq; vixerint: oportere prius eas purgari. ⁊ puras fieri: que purgatio per penitudinem fit anteq̄ ad ſtelle contubernium redire poſſint. Ad aliud igitur corpus humanum tranſmittitur: eas autem ad beſtias tranſire non conceſſit. Et hoc eſt ꝙ Macrobius ſuper thimeo inquit. Sed plato non putat rationalē animam vultum atq; os ratione carentis induere: ſicut Pythagoras. Accepit autē ſuam opinionem ab antiquiſſimis Caldeis ⁊ egiptijs aſtrologis maximis: quos aſtrologi vſq; hodie imitati volentes iudicare de natiuitate alicuius ponunt ſtellā. Alex ⁊ aliam Alcohoden quod latine ſonat vita ⁊ intellectus: eo ꝙ nato vitam ⁊ intellectum conferre dicitur. Et hoc eſt quod poete dicunt. ꝙ paris dicatur veneris filius ⁊ hector martis. Et ſuper hac poſitione ſunt multe fabule poetarum fundate.

Unū multarū fabularū origo.
Socratis placitum.

¶ Huius opinionis fuit Socrates: qui primus vniuerſale dixit diffiniēdū eſſe ⁊ non ſingulare. de quo eſt ſcientia. cum ergo anima recipiat vniuerſale: quod immutabile eſt: oportet ipſam immutabilem ⁊ ex eternā eſſe. Et hoc eſt ꝙ de eo dicit. P. ꝑmo metaphyſice Socrate vero moralia negociante: ⁊ de tota natura nihil. In his tamen vniuerſale querente. vnde Cleobratus quidam ex ambracia incidens in ſermonem platonis. ⁊ putans ipſum dicere de morte naturali oportere philoſophum conſiderare abiens ex alto muro dimiſit ſeipſum ferri in terram per aerem: ⁊ cadens mortuus eſt: de quo feruntur verſus quatuor Callimachi. ¶ Cleobrotus ex ambracia ſa'ijt ex alto muro ad infernum: Nullum dignum malum morte patiens. Sed platonis in libro de anima librum legens. Hec Amonius ſuper Porphyr.

Gregorius nicen⁹ conſendit platoni.

¶ Huic opinioni Gregorius Nicenus maximus Theologus intra grecos conſentit. De quo Damaſcenus. Ego cum Gregorio theologo conſentio: habuit autem rationem vnam ad hoc probantem animam nullo modo eſſe formaꝫ incipientem cū corpore que talis eſt.

Rō ꝓbans aiaꝫ nō i.ſ pere eē de nouo.

¶ Omnis forma que temporalem originem habet cum corpore: temporalis eſt ⁊ corruptibilis: quod patet: quia omne ꝙ temporale eſt: ſub tempore eſt ⁊ ſeneſcens ſub eo (vt patet quarto phyſicorum textu cōmenti. 117. Si ergo intellectiua anima inciperet eſſe cū corpore ipſa tēporalis ⁊ corruptibilis eſſet quod eſt ridiculoſum dicere. ¶ Probat etiam hoc dicto Moyſi. Septima autem die requieuit deus ab omni ope ſuo. huic

in ſuperficie videtur conſentire Auguſtin⁹ ſuper geneſiʒ non tamen conſentit. Huic etiam in parte cōſentit Origenes: qui (vt inquit ſanctus Thomas contra genti.) Primus fuit qui dixit inter chriſtiane religionis profeſſores: ꝙ anime ante corpora de nouo ⁊ non ab eterno fuerunt create: ⁊ in hoc platoni contradixit: ⁊ in corporibus tanquam in carceribus incluſe propter penam originalis peccati. Hec opinio innumeros philoſophos ad heremiticam vitam tranſire fecit vt dicit didimus in quadā
Auicē. ſnia de anima. epiſtola ad Alexandrum Macedonum regeʒ. ¶ Poſt hos venit Auicen. cuius ſermo (vt inquit commētator) ſemper fuit medius inter peripatheticos ⁊ loquentes textu commenti vigeſimiſecundi ſecundi phyſicoꝝ: qui voluit intellectiuam animam eſſe veram formam ſubſtantialem noſtri corporis incipientem cum eo: ⁊ multiplicatione eius multiplicatam non tamen deſinentem cum eo. ſed ſeparari: ⁊ intelligentie agenti coniungi. que ſi in corpore bene beateq; vixerit ſpeculatiuaſq; ſcientias in eo conſecuta fuerit cum tunc a curis mundanis liberata ſit tota ad intelligentiam conuertetur: que cum larga ſit in dando formas illius luminibus replebitur: ⁊ tunc ipſam perfecte intelliget: ⁊ per ipſam alias intelligentias vſq; ad deum. Et hec erit illi felicitas: ⁊ vita ſempiterna. Si vero male ⁊ vitioſe: priuabitur lumine intelligentie: ⁊ percipiens ſe ſic priuari: in eternum triſtari non deſinet: voluitq; vir iſte intelligibiles ſpecies non cauſari in nobis a phantaſmatibus virtute agentis intellectus nobis coniuncti: ſed iſta tantum diſponere animam: voluit enim ꝙ ex eo ꝙ intellectus noſter intueretur ſingularia in phantaſmatibus: diſponeretur vt conuertatur ad intelligentiam agentem ⁊ in omni tali conuerſione recipit ſpeciem vniuerſalem: quam non ponit remanere in intellectu: quia in ipſo ſecundum eum nō eſt memoria ſed in parte ſenſitiua tantum. Sed per illam acquiritur anime aptitudo vt ad intelligētiam agētem conuertatur: vnde adiſcere ſecundum eum nihil aliud eſt quam aptitudinem acquirere intellectui vt ad intelligentiam agentem conuertatur; que cum completa fuerit tunc intelligit ipſam perfecte: ⁊ per eam alias intelligentias. Et ſic felicitabitur anima in vita iſta licet imperfecte quia perfecta eſt in ſeparatione (vt dixi). ¶ Poſt
Peripateticorum diſcordia. Alexāder. Aphrodiſeus. hos inuenio inter peripatheticos clariores magnaʒ diſcordiam in opinione Ariſtotelis que fuerit. ¶ Alexāder vero Aphrodiſeus cum ponat intellectum tum agenteʒ tum poſſibilem ſempiterna quedam entia: intellectiuaʒ animam non poteſt negare eternam eſſe. Qꝫ intellectum agentem eternū ponat: patet ab Auerroi tertio de anima commento. 20. ꝙ intellectus poſſibilis ſit eternus apud eum: audies verba in ſuo de intellectu que ſunt infraſcripta. intellectus vero neq; intercedente corpore ea que ſunt ſuſcipit neq; poteſtas aut virtus corporis eſt: neq; proſus aliquid eorum que actu ſunt: neq; eſt aliquid quod poteſtatem vllaʒ habeat: ſed eiuſmodi endelechie atq; anime poteſtas: quedam eſt que ſpecies ⁊ intellectiones eſt nata ſuſcipere. ¶ Et diſtinguit ipm a ſenſu ꝙ virtus
Qđ Alexāder fuerit opinatur aīaʒ intellectiuam eſſe eternam. corporis ſit. vnde opinat Alexāder ꝙ in vna ſimplici ſba aīe ſūt due potētie ſempiterne: audias vba ei⁹. Intellect⁹ actiu⁹ qdē eſt non ſolū eni cōditor reꝝ plurimaruʒ ſed eaꝝ fabricator in iiſdē intelligēdis efficit. niſi forte qſpiaʒ intellectū ob id paſſiuū ↄcedat ꝙ ſuſcipiendaꝝ ſpecieꝝ vim retinet. ſuſcipe eni idē videt eſſe ꝙ pati. ⁊ hoc intellectui ⁊ ſenſui cōe eſt: veꝝ qꝛ vnaqueq; res: nō ab eo ꝙ cōe eſt ceteris: ſed ꝙ peculiare ⁊ ꝓpriū eſt: deffinitionē capit. ꝓpriū aūt intellectui ē vt actiu⁹ ſit ſpēꝝ: quas recipit ab actione poti⁹ deffiniēdus eſt ⁊ eſt: ſod⁹ noſtri itell'is in ope qui ab extra eſt intellus. vult ḡ idē actiuū ⁊ paſſiuuʒ eſſe ꝙ nō niſi de intellectiua aīa intelligi poteſt. ⁊ cū ideʒ ſecundum idem non poſſit eſſe actiuum ⁊ paſſiuum vt omnes peripathetici cōfitent oportet in ea eſſe dictas potentias. De intellectu agente quod ſempiternus ſit audias que ipſe ponit. Intellectus agēs cuʒ ab extra eiuſmodi ſpecies actu ſit intellectus immortalis ⁊ ſempiternus iure ab Ariſtotele nuncupatur. Qꝫ autem attribuitur Alexandro de intellectu poſſibili ꝙ corruptibilis ſit ab Auerroi non eſt mirum quia expoſitio eius in libro de anima ad manus Auer. non peruenit. Et hoc Auer. inquit commento. 20. tertij huius. Unde per poſſibileʒ intellectum intellexit vel poſſibilem vt paſſibilem eſt vt inquit Simp. tertio hui⁹. ⁊ ſimiliter omnis anima endelechia ⁊ perfectio eſt cum referatur ad perfectuʒ ⁊ relatiua ſimul oriuntur ⁊ occidunt vt textu commenti ſecundi ſecundi huius patet. ⁊ hoc ponit Joānes grāmaticus textu commenti dicti dicens Alexandrum aphrodiſeum a veritate coactum ſic intelligere: vel per poſſibileʒ intellexit cogitatiuam animam: ſicut Auerroys ⁊ omnes quaſi greci expoſitores Ariſtotelis ut Theofraſtus ⁊ Themiſtius in expoſitione textu commenti vigeſimi. Intellectus paſſiuus corruptibilis eſt. Jmmo ipſe Auerro. de ipſo intellectu pro cogitatiua loquendo intellectus poſſibilis corruptibilis eſt: vide. 12. metaphyſice textu commenti. 17. Auerroys etiam ꝙ Alexander intellectum agentem ponat imortalē expreſſe confitetur textu commēti. 19. cuius audias verba infraſcripta. ⁊ mirum eſt quo modo omnes concedunt hanc demonſtrationem eſſe veram de intellectu agente: ⁊ non conueniunt in demonſtratione de intellectu materiali: licet ſint valde ↄſimiles ⁊ oportet concedentem alteram etiam concedere aliam. ¶ Hāc opinionem ſequitur Alpharabius de quo commentator tertio huius textu commenti. 14. Credimus ⁊ vere ꝙ vnus ex bonis expoſitoribus Ariſtotelis Alpharabius cum hec ꝙ maximus fuit in iſtis: ſequitur Alexādrū in iſta opinione ⁊ ſic omnes nominati philoſophi concedunt ꝙ ſit ponenda vna alia forma in homine vltra intellectiuam animā que cogitatiua eſt appellata. ¶ Albubacher vero magnus īter arabes: ⁊ Auempache hiſpanus de quo quarto phyſicoꝝ tractatu de vacuo textu commenti. 71. nullus potuit peruenire ad has queſtiones ideo profundus fuit ipſe ſuper alios ⁊ tertio de anima commento trigeſimoſexto. verbum Auempache in hoc eſt firmius aliorum vt commentator refert tertio de anima commento quinto. ¶ Et Albertus Magnus eodem tertio. Cum omnem poſſibilem intellectum ab anima rationali remoueret: cuius rationem aſſignabat quia ſi intellectiones in anima rationali reciperent non diſtinguerentur: cum illa ſit vnica in omnibus hominibus ſecundum eos ⁊ accidens numeretur numeratione ſubiecti. quinto metaphyſice dixit intellectiones multiplicari penes phantaſmata: ⁊ phantaſias diuerſiſ: quo cum agat intellectus agens faciendo ea actu intellecta poſſunt dici intellectus quoquomodo. ⁊ ſic phantaſticā animam: vel imaginatiuam poſſibilem intellectum nominarunt. Ponunt vlterius ꝙ intelligere non ſit ꝑ paſſionem. ſed imaginantur ꝙ ex quo ſpecies ille abſtracte ſunt vniuerſales: ꝙ vbiq; eſt ⁊ ſemper. ideo in ſubiecto non ſunt quia ſi in ſubiecto eſſent: ab illo determinarentur. ¶ Similem modum huic ponit Alber. ad mentem thomiſti. ⁊ ſimpli. ſeptimo phyſicorū ad mentem platonis ⁊ Ariſtotelis ꝙ preſentia intellectus agentis ad phātaſma ſit intellectio. naʒ ex illa preſentia excitatur anima ad cognitionem eius quod prius habuit. vnde ſi platonis muſa perſonat veruʒ ꝙ quiſq; diſcit immemor recordatur: vt boetius īquit in ſuo de ↄſolatiōe vt ſupra dixi.

Alphara bius. Albuba cher. Auēpache
Tex. cō. 15.

¶ Sed

Queſtio i dicio alexādri.

¶ Sed incidit dubium cum dicat Alexander intelle-
ctum noſtrum inſeparabilem a corpoꝛe in paraphra-
ſi de anima: quomodo nunc concedit ipſum ſepara-
ri. Unde Simplici. ait. 6° phyſico. textu cōmenti trige
ſimiſecūdi quod Alexander omnia ad ſuam opinio-
nem referens ait ipſum non ſeparari. Si enim ſepara
retur moueretur conſequens impoſſibile cuꝫ impar
tibilis ſit: ergo ⁊ antecedens. Sed diceret Simplicius
ꝙ talis ſeparatio non eſt niſi defitio illuſtrationis ſu-
pra humanum corpus vbi ſupra. ſed de hoc infra. Ad
aliud patebit ex dicendis. ¶ Deinde miroꝛ multum
de Auerroi: ꝙ imponat Alexandro ꝙ Ariſtoteles in-
tellexit illa verba ꝙ impaſſibilis: de preparatione ⁊
non de ſubſtantia. Nam fas eſt imponere tanto viro
qui vt Cōmentatoꝛ inquit duodecimo metaphiſice
textu cōmenti. 6. Alxander famoſus in metaphiſica.
⁊ quarto celi textu cōmenti trigeſiminoni: ⁊ miruꝫ eſt
de iſtis pꝛofundis viris Alexandro. ſ. ⁊ Themiſtio ꝙ
Alexander poſuerit accidens alicuius ſubſtātie incoꝛ
ruptibile ⁊ ſubiectū coꝛruptibile. Sed Alexāder dixit
⁊ bene ꝙ intellectus magis aſſimilatur raſure tabule
ꝙ ipſi tabule aptitudo exiſtens ſicut ⁊ raſure id eſt pri
uatio inſcriptionis ⁊ ꝙ hoc ſit ita audias verba eius
in capitulo de ſpeculatiuo intellectu ⁊ pratico. Soluꝫ
igitur materialis intellectus facultas pꝛomptitudo
quedam eſt ad foꝛmas recipiendas tabelle nundum
ſcripte: per ſimilis quininmo ipſius tabelle agraphio
hoc eſt inſcriptionis carentie ꝙ tabelle ſimilioꝛ ⁊ pau
cis interpoſitis. Sicut ergo tabella patitur. aptitudo
vero nihil: ſic intellectus: quaſi dicat ꝙ ipſe nō eſt pꝛin-
cipale patiēs ⁊ pꝛopꝛie quia illud ſubiecto competit.
¶ Unde ipſe in ſuo de fato conſiliatiuum hominem
⁊ libertatem habere arbitrij dicit. Sed vt Seuerinus
ait nos liberum arbitrium non dicimus facere ꝙ quiſ-
qꝫ voluerit ſed ꝙ quiſqꝫ iudicio ⁊ examinatione col-
legerit: alioquin in rationabilia animalia habebūt li
berum arbitrium. videmus enim alia quedam ſpon
te refugere: quibuſdam ſponte adherere ꝙ ſi ad velle
vel nolle hoc recte liberi arbitrij vocabulo teneretur:
non ſolum hoc hominuꝫ: ſed ceteroꝛum animalium
eſſet. Si moꝛtalis eſſet intellectus quomodo diſcurſus
iſte fieret in quo reciperetur. ¶ Huic opinioni adhe-
rebant hi qui (vt inquit Alexāder) in tractatu ſuo de
intellectu ſolebant in poꝛticibus diſputare ſtoici ſcili-
cet qui. d. intelligere non eſſe noſtrum opus ſed diui
ne pꝛouidentie. Cum enim ipſe ſit cauſa omniuꝫ con-
ſequentium eſſe: ⁊ hic eſt agens intellectus apud Ale-
xandrum qui deus eſt glorioſus: ⁊ hoc patet expꝛeſſe
ab eo in capitulo de agente intellectu ponens ipſum
generis. Nam energia communior exiſtens ꝗ̃ motus ⁊ corporeis ⁊ incorporeis competit. Omnis enim motus energia ⁊ nõ conuertitur. Quã etiã Ariſto. aliquando fecit dicens 3° huius tex. cõmen. 2. intelligere cõſiſtere in quodam moueri ⁊ pati: ⁊ ꝙ ſic intelligat Plato audias verba eius in loco dicto. Cerit quidem animus celum terram: mare: mundũ ſuis motibus: quoꝝ nomina ſunt velle: intelligere: curare: conſultare ⁊c̃. ¶ Ex his in phedrone arguit animus ſeipſuꝫ mouet. Quod aũt ſeipſuꝫ mouet id ſemp mouetur. Cum enim ſemp in ſe ſit: ⁊ nunꝗ̃ ſe deſerat: ſemp ſui ſimile eſt. ergo ſemp ſe mouet: imortale ergo eſt. Quo enim pacto ſemp moueri poſſet: ꝙ mortale eſt. nam ſimulac interierit fiet imotum. Et rurſus ſi animus ſeipſum mouet ꝓnm omnis motus ac fontem eſſe neceſſe eſt. Quicquid enim mouetur ab eo ꝙ ex ſe ipſo mouet motus cauſam ſumit ꝙ cum principiũ motus ſit: etiam ingenitũ eſſe oportet: Quod enim genitum eſt principiũ eſſe nõ poteſt. Cum aũt ingenitum ſit: incorruptibile etiam eſſe neceſſe eſt. nam ſm ſententiã Ariſtotelis ingenitũ incorruptibile eſſe oportet: ⁊ ecõuerſo vt patet primo celi tex. cõmenti. 125. Item in phedrone: ꝙ omnis vite principiuꝫ eſt ⁊ fons: ſui contrarij impatiens eſt: mortis ergo impatiens eſt. Iteꝫ. 10. de legibus omne ꝙ corrumpit a ſuo malo corrumpit. Sed anima ſuo malo nõ corrumpitur cum illud ſit vitium a quo nõ corrũpit. Neqꝫ corporis malo cum videamus emendari hominũ mores morbis ⁊ cruciatibus corporis. ¶ Quod etiã hec ſentiat Ar. ſm grecos. ſ. expoſitores patet ex rationibus adductis: quia cum imortalem ipſam ponit: ingenitam dicit ⁊ ſempiternam. eterna autem anima a deo producĩ productione eternali eſt conſentaneum: tum Ariſtotelis tum Platonis: qui mundũ dicit productum ab eterno. Unde Cõmentator primo celi tex. cõmenti. 105. cõcordat Ariſtoteles cum Platone in hoc. Naꝫ ſi produci. b. ab. a. eſt a natura precedere. b. vt ſupra dixi. Quod aũt imortalem ponat animam Ariſtoteles patet primo de aia tex. cõmenti. 13. 65. ⁊. 66. Item 2° tex. cõmenti. 11. ⁊. 12. Iteꝫ 3° tex. cõmẽti. 3. 4. 6. 7. 20. Item. 12. metaphyſice tex. cõmẽti 17. ⁊ in pluribus alijs locis quos ſuperfluũ puto adducere. ¶ Itẽ rõ Gregorij niceni ꝓ iſta opinione fecit: vide ſupra ⁊c̃. Hoc idem videt Ar. ſentire primo de aia tex. cõmenti. 82. dicens. anima aũt aliquid eſſe melius aut antiquius eſt impoſſibile. A quo patet doctorem ſubtilem Ioãnem ſcotum cum dictis peripateticis: grecis dico nõ concordare dicentem Ariſt. dubium fuiſſe an imortalis ſit intellectus. vnde 4° ſententiaꝝ di. 43. q. 2a. ad mẽtem Ariſtotelis animã intellectiuã nõ creari: ſed per accidẽs generari ad generationem cõpoſiti dicit: ⁊ cũ omne generabile ſit corruptibile: erit ergo per accidẽs corruptibilis ꝙ ipſe ꝯcedit poſſe teneri ad mentẽ eius: qui vt dicit fuit in hoc queſito dubius. verũ ꝙ in. 12. videt tenere oppoſitum: vt iſte doctor dicit vbi tex. cõmẽti. 17. querit vtrum aliqua forma remaneat poſt cõpoſitum corruptum. ita reſpõdet ꝙ ſi aliq̃ aia remaneat: nõ omnis: ſed aie intellectiue ⁊ hoc affirmãdo ponit. Sed de hoc nõ habet rationem inquit doctor. Et ponit ꝙ eſto ꝙ anima intellectiua eſſet generabilis: non tamẽ eſſet organica. ¶ Tria ponit iſte doc. ad mentem Ar. primuꝫ ꝙ intellectiua anima generatur ⁊ corrumpitur per accidens. Secũdũ ꝙ non ꝓpter hoc erit organica. Tertiũ ꝙ remaneat poſt mortẽ: de hoc nullaꝫ habuit rõnẽ Ar. ¶ Contra illa tria arguo primo cõtra ꝓm auctoritate phi 3° huius tex. cõmẽ. 20. vbi expreſſe ponit intellectuꝫ imortalem ⁊ ꝙ remaneat poſt mortem ⁊ nõ reminiſcitur. ⁊ hoc ad mentẽ omnium expoſitorum meliorum Themiſtij Simplicij ⁊ aliorum. ¶ Deinde arguo contra 2m. quia ſi ſit corruptibilis ꝙ organica. Naꝫ ipſa eẽt virtus addita complexioni organi vt patet ex textu commenti ſexti huius tertij a commentatore. Item omnis vitalis virtus que ab obiecto ſuo excellentiori ſic patitur ꝙ debilitatur: ⁊ tandeꝫ corrumpit eſt organica: patet iſta propterea patitur: qꝛ tale obiectuꝫ corrumpit armoniam ſui organi quã virtus illa requirit: ⁊ hoc diſgregãdo vel congregãdo vt patet in lumine ſolis. intellectus autẽ ſi generabilis eſſet eẽt huiuſmodi: quare ⁊c̃. ¶ Contra tertiũ ſunt multe rationes: vna põt eſſe ſumens fundamẽtũ ex dictis: qꝛ omnis illa virt9: que indebilitabilis eſt ab extrĩtia ſui obiecti eſt imortalis. Intellectus eſt huiuſmodi. Nam perficit intellectus ex intellectiõe obiecti excellẽtioris: vnde intellectus qui ſingula eſt factus perfectiori modo intelligit ꝗ̃ materialis: qꝛ ex cauſis intelligit. ¶ Itẽ nulla forma materialis põt vniuerſaliter repſentare. Albedo eni que ẽ in pariete ita vnã repreſentat: ꝙ nõ aliud. Sed in propoſitione vniuerſali terminus cõis infinita ſignificat ⁊ ꝯiter repreſentat in ꝓpoſitione dico mentali. ergo intellectus nõ põt eẽ mãlis qꝛ tunc vniuerſaliter recipere nõ poſſet. Et hoc ẽ ꝙ dicit cõmẽtator tertio hui9 tex. cõmẽti. 19. Et poſſum9 ſcire ꝙ intellectus mãlis dꝫ eſſe non mixt9 ex iudicio ⁊ cõprehẽſione eius: qꝛ iudicamus per ipm res infinitas in numero in propoſitione vniuerſali. ¶ Itẽ ois appetit9 mãlis dncit delectabili: vt patet in brutis: appetitus noſter nõ ducit delectabili: qꝛ ſumus domini actuũ noſtroꝝ a ꝓncipio ꝯſilij vſqꝫ in finem ⁊c̃. ¶ Rõnes tamẽ ꝯ ſubtiliſſimum doctorem Scotũ facile ſolui poſſunt dicẽdo ꝙ loquit doctor de rõne demonſtratiua ſimpliciter ꝓpter qd ⁊ a priori nõ aũt de demonſtratione: qꝛ ⁊ a poſteriori ⁊ rõne ꝓbabili vt ipſe in ſimili habet. 42. di. primi ⁊. 7. q̃one q̃libeti. ⁊ in theorematib9 in tractatu propoſitionũ credibiliũ: vnde cũ ipſe vendicauerit nomen ſubtilis Doctoris inter peripatheticos ⁊ ſacros theologos non eſt credendum a peripatheticis in hoc diſſentire. ¶ Item rõnibus Auicen. hoc probat quas 6° ſuoꝝ naturaliũ tangit. Omnis virtus materialis debilitat debilitatione ſui organi: intellectiue non debilitatur debilitatione ſui organi ſed perficit: vt patet in ſenibus ergo ⁊c̃. cõſequentia tenet in quarto ſecũde. maior patet inductiue. Uel ſic nulla virt9 corpoꝛa poſt forte obiectum appꝛhẽdit dbile. Sꝫ intellectus poſt forte obiectum apprehendit debile ꝗ ⁊c̃. ¶ Item nulla virtus mãlis percipit qualitates ſimiles qualitatibus repertis in ſuo organo: vt pꝫ in tactu. Similiter enim calida aut frigida non ſentimus ſecũdo huius textu cõmenti. 118. Sicut etiã ethicus ſuuꝫ calorem non ſentit. Sed intellectus oẽs qualitates percipit: ergo patet conſequẽtia: qꝛ eſt in tertio ſecũde: ⁊ maior eſt nota: ꝗ ⁊c̃. ¶ Item ois virtus corporea nobis ⁊ alijs eſt communis. Intellectus non eſt alijs communis: ergo ⁊c̃. conſequentia nota in quarto ſecunde. ⁊ aſſũptũ notũ ꝑ quaſlibet parte. ¶ Iteꝫ vniuerſale ꝙ eſt vbiqꝫ ⁊ ſemper ⁊ actu dicitur de multis eſt in intellectu. tale enim non eſt in re cum nulla res exiſtens extra animã actu dicat de multis, cum ergo ipſum ſit eternũ intellectus debet eſſe eternus. ¶ Item. 16. de animalibus. Si operatio principiorũ eſt corporalis ⁊ ipſa principia: ergo per locũ a cauſa immediata. ſi operatio non eſt corporalis nec ipſa principia. Sed intelligere non eſt corporalis aut organicũ vt patet tertio huius tex. cõmenti ſexti quare ⁊c̃. ¶ Itẽ ſi corrũperet aut per ſe aut per accidens non primo modo: quia talis ſit a per ſe cõtrario ⁊ ſic eſſet calidus aut frigidus ⁊c̃. conſequẽs contra Ariſtote. 3° huius textu cõmẽti ſexti vt ſupra. ſi per accidens ad corruptionem corporis dependeret ergo a corpore. ¶ Sed contra qꝛ vel ſimul eſſet cuꝫ eo: ⁊ hoc non: nã talis ſimultas que eſt eis eſſentialis ⁊ ſic

Ar. credidit animi immortalitatem.

Joannes Scotus ab Ar. diſcedit.

Contra dicta quedaꝫ Scoti in quibus pbat aie imortalitas.

Dilutio ratiõnũ ꝯ ſcotũ

Rationes Auicẽne quibus pbat aie eternitas.

eſſent correlatiua anima ⁊ corpus: ex relatiuis autẽ in eo ꝙ talia nihil fit per ſe: ergo ex eis nihil fieret per ſe ꝙ eſt impoſſibile: ſi accidentalis ergo ſeparabilis: ergo non dependet a tali ſimultate: aut depẽdet ab eo tanq̃ a priori ſm naturã ⁊ cauſa: ⁊ cũ non ſit alia preter mãlem vt notum eſt: eſſet ergo mãlis ⁊ organicus ꝙ ſupra eſt iprobatum neq; tanq̃ a poſteriori: qꝛ poſteriori corrupto non neceſſario prius corrũpitur: poſſet ergo ſtare ſine corpore. ¶ Itẽ non eſt tranſitus ab extremo ad extremũ niſi p medium vt tangit in de aialibus ab Ar. ⁊ q̇nto phyſicorum textu cõmenti. 22. vñ de dicit Ar. in de animalibus ꝙ non eſt trãſitus ab acri ad maturũ ſine medio. Cũ ergo ſit aliqua forma ſimpliciter abſtracta a mã ⁊ alia ſimpliciter mãlis: erit ergo vna media que dat eſſe materie ⁊ in hoc cõuenit cũ beſtiali anima: ⁊ eſt icorruptibilis. ⁊ in hoc cõuenit cũ celeſti. ⁊ hoc pꝫ ab Auerroi primo celi textu cõmenti. 22. ponentis hominẽ mediũ ⁊ ligamentum celeſtiũ ⁊ corruptibiliũ quare ⁊c. ¶ Hoc idẽ voluit Algaçel. d. Cũ ſeparata fuerit anima a corpore durabit eius coherentia cũ intelligentia agentis ⁊ pficiet eius diſpoſitio ⁊ delectabitur delectatione cuius eſſe nõ põt ſermone explicari. Idem loquẽs de animalibus maloꝝ dicit ſic poſt mortẽ ammiſſo inſtrumẽto deſiderate rei: manet deſideriũ eius ⁊ amor in anima ⁊ hoc eſt cruciatus eius ineffabilis. ¶ Item iſaac in lib. de diffinitionibus. Animarũ ſunt ordines. 3. anima rõnalis: beſtialis: vegetabilis. Omnibus aũt excellẽtior eſt rationalis eo ꝙ ipſa creata eſt ab intelligentia ⁊ ei ſimilis ⁊ de natura eius. Idem iſaac dicit ꝙ anime maloꝝ deprimunt ſub triſti orbe ⁊ cremabunt in igne magno. ¶ Itẽ Alpetragius i principio aſtrologie ſue dicit de quodã philoſopho mortuo: Q loc̄us eius eſt iter ſanctos. ſimilr Tholomeus in almage. dicit Q ſcientie ſtellarum in actionibus ⁊ honeſtatibus morum laudabilium nõ eſt neceſſitas parua cũ his coniugat nostra aia ſuo creatori. Q eciã ſit imortalis vide dicta primoꝝ philoſophorum a principio queſtionis. Item dicta a platone ⁊ Ar. in illa parte. Q autem ab eterno ſit producta a platone ſupra eſt pbatũ ⁊c. Et ſi multa bona iſte homo tetigerit. non tamen de anime ſeparatione quoniã ad eius felicitatẽ recte eſt locutꝰ. ¶ Contra quem. ſ. Auicennam arguit Albertus 3° huiꝰ quatuor rationibus: quarum prima eſt: quia adhuc querendum eſt vt prius qualiter intellectus poſſibilis p intellecta non remanẽtia in ipſo acquirat aptitudinẽ coniungendi ſe agenti. ¶ Secunda eſt qꝛ ſm hec immediate agens cõtinuatur poſſibili poſt ſcientiam ⁊ cũ ſit in corporeus ⁊ ſeparatus videt ꝙ eadem ratione cõtinuatur ei ante ſcientiam. ¶ Tertia autẽ eſt ſi ſolus agens largit formas intellectiuas: cum ipſe differunt ſpecie ⁊ genere debet aſſignare Auicen. que eſt cauſa differẽtie. ¶ Quarta eſt quia cum conuertitur poſſibilis ad agentem tunc fluunt forme intellecte ad ipſum poſſibilem. cũ ḡ agens hꝫ ſe vno mõ forẽ fluentes ab ipſo recepte in mãli erunt vno mõ. ⁊ hoc ẽ falſuꝫ: qꝛ mõ fluũt forẽ q̇dã: alias alie ⁊c. ¶ Sed Albertus cognomẽto magnus de ſtatu ⁊ felicitate anime noſtre poſt mortem loquens ſm peripateticos in ſuo de ſtatu ⁊ origine anime inquit. Q cũ ſit triplex intelligibile cũ tpe. ſ. cum continuo ⁊ abſtractum aia noſtra cum his repletur trãſiens a primo in 2m a 2° in 3m ⁊ in 3° felicitatur: debet ergo ſm eam primo anima repleri phyſicis ſcientijs. 2° mathematicis. 3° diuinis ⁊ in his eſt felicitas: preſertim cum adſint virtutes morales oẽs. Separata ergo hos habitus conſeruans illuſtraẽ a deo ⁊ ibi felicitatur ⁊ perficitur in contẽplatiua felicitate verus ⁊ purus animus. ¶ Hanc felicitatem pre omnibus alijs Solon athenienſis cõmendauit dicens aiam poſt

Algazelis ſnia de immortalitate anime

Iſaac.

Alpetragius
Tholomeus

Rõnes alberti cõtra Auicenne placitum de aie felicitate

Alberti ſententia d̕ felicitate aie poſt mortẽ loquendo peripatetice

mortẽ in his felicitari propter ꝙ cum vltimo ſpiritu eẽt conſtitutus ⁊ Metrodorus ⁊ quidam alij conferrent coram eo de diuino intelligibili ſupra vires collecto ſpũ caput erexit: ⁊ cum a Metrodoro cõpatienti ſibi rogaret: vt caput in ceruical inclinaret: dixit ſinite vt hoc intelligibile de quo conferẽtis apprehendam anteq̃ moriar vt intellectus felicitet ampliori lumine eleuatus. ¶ Cõtrariũ ꝯuenit aiabus que talem perfectionẽ neglexerunt: nam cum vmbroſus remaneat earum intellectus indiſpoſite erunt: neq; erit adeo irradiabilis eorũ intellectus poſt mortem. quoniã intellectus poſſibilis nõ eſt ſuſceptibilis luminis illius ꝙ eſt vere lumẽ niſi cõfortatus luminibus his que a ſenſu vel cum cõſenſu vel ab imaginatiõe vel cum imaginatiõe ſumunt: ad ſenſum aũt ⁊ imaginẽ impoſſibilis eſt regreſſus poſt mortem: ⁊ ideo ipoſſibile eſt talem intellectũ poſt mortẽ illuſtrari. Sed remanet in perpetuis penis que ſunt lucis intellectualis priuatio ⁊ deſtitutio: pp̄ter ꝙ dicit Ar. in libro de natura deoꝝ ꝙ Socrates cuius inter mortales maxima cũ dijs immortalibus fuit cõiunctio: factus eſt diuinus. ¶ Inter Platonem aũt ⁊ Ariſtotelem ponit differentiã: qꝛ Plato propter hoc ꝙ intus clauſam dixit eſſe virtutẽ in aia: dixit animas tam diu de corpore in corpus tranſire donec in alio corpore enitescat. Secundũ vero peripateticos dicit eſſe dicendum: aiam imperfectioni ⁊ turpitudini deditã perpetuo manere obſcuram ⁊ triſtem ⁊ deſtitutam. Et ſubdit idem Albertus. Quid aũt his penis addatur ſm leges diuinas quaꝝ iudiciũ. oportet aiam ſuſtinere poſt mortem nõ põt determinari per aliquã philoſophiã. ⁊ ideo hoc alteri ſciẽtie ⁊ alij inueſtigationi eſt reſeruãdũ: laus deo pientiſſimo eiuſq; genitrici intacte marie ⁊c. ¶ Sed cõtra dicta iſtius doctiſſimi viri poſſet adduci primo hoc argumẽtũ. Nam cũ ſpecies acquiſite ⁊ habitus pendeant in fieri ⁊ cõſeruari a fantaſmatibꝰ: iuxta illud Auerroys 3° huius tex. cõmẽti. 33. intellecta ſpeculatiua ſunt colligata cũ fantaſmatibꝰ: ⁊ corrupta ad corruptionem eoꝝ. Quomodo ergo remanent poſt mortẽ? ¶ Itẽ anime infantiũ ſeparate eſſent perpetuo priuate diuino lumine que nunq̃ peccauerunt ſm phos. Ideo Simplicius. 6° phyſicoꝝ vt ſupra dixi. vult felicitari aiam ſeparatam ex eo ꝙ ad ſe reuertit: ⁊ tunc ſe ⁊ meliora contẽplatur. Separationẽ vero nõ ponit per motum ipſius: ſed ex eo ꝙ deſinit illuſtrari humanũ corpus ⁊ ipſum informare. Et deo pientiſſimo ſint laudes infinite eiuſq; genitrici intacte marie ⁊c. ¶ Quod ſi multiplicata ⁊ ꝙ preter intellectiuã ſit cogitatiua etiã multiplicata arguo auctoritate lucidi doctoris Themiſtij caplo. 27. huiꝰ tertij quã adducit ſanctꝰ doctor ꝯtra auerroiſtas. Cũ aliud ego ſim: aliud eſſentia mea. eſſentia mea ab aia prouenit mea: nõ ſenſibili que velut materia intellectui ſubſternitur: ſed ab agente intellectu ⁊c. Hoc idẽ in caplo. 32. vbi ſoluẽdo. q. an plures ſint agentes intellectus: inquit: an intellectum illuſtrantem vnum oportet eſſe: illuſtratos vero plures ſicut vnus ſol: ⁊ tamen lumen diuidit. vnde Ariſto. aſſimilauit ipſũ lumini ⁊ non ſoli: vt plato. Hoc idem reſpõdet. 28. capitulo. Nam dum querit philoſophus quare non reminiſcamur poſt mortẽ: non de communi eſt ſermo: nam ſi ille ſit nihil ad nos: ſed de noſtro intellectu ⁊ proprio eſt queſtio. cũ ille remaneat cur non reminiſcimur. Hoc idem ſimplicius vult in iſta parte. Item in illo textu: eſt autẽ ſicut dictio ⁊c. vult intellectiuã noſtram animam mediam eſſe inter ſeparatas omnino ⁊ materiales mediã: dico nõ participatione formali extremoꝝ: ſed virtute vnde ſicut inquit ipſe: eſt flauus color omnino ſimplex virtute ꝯtinẽs extremos ita in anima. Cum ergo ſit medie nõe: non incõuenit imo neceſſariũ eſt ipſum

Platonis ⁊ Ariſtote. diſcordia

Contra dicta alberti.

Quod aia itellectiua ſit multiplicata

eſt ipſam multiplicari incorruptibilē exiſtētem. Hoc idē videtur Theophraſtus dicere: vt inquit Themiſtius capitulo. 38. huius tertij. Porro ꝙ dicit mentē extrinſecus accidere: nō ita ſtatuendum eſt vt quaſi appoſitus inuectuſq; habeatur. Sed vt qui ſtatim ab ortu quaſi cōprehendere nos complectiq; ſoleat. Si itaq; nos cōprehendit ⁊ nobis eſſe dat: nō ergo vnus: vt male dixit Auerrois qꝛ tunc nō daret eſſe: ſed vel vt clauis appoſitus videret: ⁊ in hoc bene mentitus fuit vt puto Auerroys. Sed in eo ꝙ in nobis poſuit vnam formā preter intellectum: vt patet 3° huius tex. cōmēti. 33. ⁊ cōmēto 50. pōt ad mētem Ar. poni: vt plures grecoꝝ dicunt. Sed tuti⁹ eſt ⁊ melius pro fide ⁊ vītate etiā ab Ar. nō diſcedendo ponere vnā ſolam animam in vno animato vt religionis chriſtiane tria lumina ponunt: Albertus: ⁊ diuus Thomas aquinates: ⁊ ſubtilis doctoꝛ. Et licet illa ponat a predictis famoſis viris: nō tamen tanꝗ̄ dans vltimatū eſſe: vt Auerroys voluit. nam etiā in hoc fuit mentitus: ſed ꝑter illā eſt intellectiua dans eſſe vltimatū vnicuiq; homini qua quilibet homo eſt ꝙ eſt vltimate: hanc etiam tū Ariſtoteles: tum Plato in Thimeo poſuerūt vt Themiſtius refert caplo. 37. tertij de aia. d. porro intellectum cōmunē mortalem. d. per quē homo eſt qui ex aia ⁊ corpore conſiſtit in quo iracūdie ⁊ libidines ſedent: quas etiā Plato mortales fecit qd̄ ex verbis illis conſtat que in Thimeo leguntur. Dij inquit: quum aiam imortali initio preditam accepiſſent circūligauere obduxereq; ei corpus fluidum ⁊ mortale adiecto genere quodā mortalis anime. Nam vinculum id quo imortalis natura cōglutinabat mortali ipſum quoq; haberi mortale opoꝛtuit: proinde copulata mortali nature ſimul quoq; vinculum eius interdīt. Hoc idem Themiſtius vnde caplo. 39. huius tertij inquit. Ex his oībus, manifeſtū puto eſſe non preter rationem ſentire qui dicant Ariſtotelē ⁊ Theophraſtum exiſtimaſſe aliud eſſe intellectū paſſibilem ⁊ corruptibilē quem illi rationē vocant ⁊ corpore non abiunctū aliud totum illud qd̄ ex intellectu agentis: ⁊ intellectu patientis componit: ꝙ ⁊ ſeparatū a corpore ⁊ incorruptibilem ⁊ ingenitum ſtatuunt. vnde in tex. cōmē. 20. cum dixit intellectum paſſiuum eſſe corruptibilē hanc aiam intēdit: vt ⁊ Theophraſtus ⁊ Themiſtius volunt. Qd̄ aūt ad cōtubernium ſtelle redeat ſi bene beateq; vixerit: ⁊ in aplanes pr'mos orbe ⁊ in via lactea in qua eterno fruitur euo. Patet hoc a Macrobio in de ſomnio Scipionis accipiendis a Platone in libro de republica a quo etiā Cicero accipit. Oibus qui patriam ꝯſeruauerint: adiuuerint auxerint certum eſſe in celo diffinitū locum: vbi beati ſempiterno euo fruantur. Unde cū exiſtēs in corpore: vt ipſe refert. Sit in eo tanꝗ̄ in carcere fetido ⁊ tenebroſo. Hoc enim aie ſepulchrū: hoc inferos reuocarunt. Et omnia que illic eſſe credit inquit macedonis: fabuloſa ꝑſuaſio in nobis metipſis: ⁊ in ipſis humanis corporib⁹ aſſignare conati ſunt. De acheronte: de cocito: de ſtige: ⁊ alijs hic anime felicitas eſſe non pōt. Et hoc etiam Ariſt. dicere tenetur: vt patet 3° huius tex. cōmēti. 20. cum querat quare nō reminiſcit poſt mortē. Ecce ꝙ vult ipſū ſeparari. Ex quo ſic arguo: aut voluntarie fit illa ſeparatio ab ea: aut inuoluntarie. Si primomodo nō habebat ergo felicitatem qꝛ nemo voluntarie dimittit ſummū bonū. Si nolens triſtaret ergo: ⁊ ſic nō eſſet felix. Hec eſt ratio diui Auguſtini. 12. de trinitate caplo. 8°. Si aūt male vixerint tranſire ad alia corpora humana: ⁊ ibi detineri quoad purgent (vt ſupra dixi) ⁊ hic eſt infernus earum. vnde quātūcunq; ad ſe redierit nō pōt eſſe quin ad phāſmata conuertat: ⁊ ſic aliquando infictat. Bene tamen ponerent dicti phi ꝙ nos noſtram felicitatem in iſta vita conſequamur. Si felicitas dici debet ſaltem tanta eſt: quantā humana miſeria habere poteſt: ⁊ in veritate debet miſeria appellari. Et hoc eſt ꝙ dicit Ariſtoteles. 12° metaphyſice tex. cōmenti. 39. Qꝫ dijs ſemp nobis aliquādo. ⁊ idem in primo de aia tex. cōmenti. 46. de aia mūdi loquens. ꝙ enim illa ſemper: intellectus noſter aliquando. Unde cum ſit duplex genus virtutū: aliud ocioſum aliud negocioſum. Primū phis: aliud rerum pu. rectoribus cōuenit. Si quis ab omni doctr a alienus habeatur: in rep. tamen ⁊ prudēs ⁊ fortis: ⁊ iuſtus ſit: nihilominus celum ſibi cedat in premium. Si quis vero ad agendum aptus nō ſit: ſed ſectatoꝛ celeſtium deuios caducoꝝ ſua ſpeculatione his quoq; ad celi verticem ocioſis virtutibus ſubuehet. Sepe tamen euenit vt idē pectus ⁊ agēdi ⁊ diſputandi perfectione ſublime ſit: ⁊ celum vtroq; adipiſcet exercitio virtutum. Romulus nobis in primo genere ponat. cuius vita virtutes nunꝗ̄ deſeruit. In 2° Pythagoras qui agendi neſcius fuit artifex diſſerendi. Sit in 3° mixto apud grecos Lycurgus ⁊ Solon. Inter romanos Nūma Catones ambo: multiq; alij qui ⁊ philoſophiam auxerunt altius ⁊ firmamentū reip. preſtauerunt. Soli enim ſapientie ocio deditos vt abunde grecia tulit: ita Roma non neſciuit. ⁊c̄.

Quod etiam imoꝛtalis ſit ania vide auctoritates Ciceronis infraſcriptas. vnde Cicero in libro primo tuſculanarū queſtionum: aias imoꝛtales eē his verbis atteſtat. Neq; enim aſſentioꝛ his qui hec nuper diſſerere ceperunt cum corporibus ſimul aias interire atq; oia morte deleri. Plus apud me antiquoꝝ auctoritas valet vel noſtroꝝ maioꝝ qui mortuis tam religioſa iura tribuerunt qd̄ nō feciſſent profecto. ſi nihil ad eas pertinere arbitrarentur: vel eoꝝ qui in hac terra fuerūt: magnāq; greciam: que nūc quidē deleta eſt dum florebat: inſtitutis ⁊ preceptis ſuis erudierūt: vel ei⁹ qui apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus: qui nō tum hoc tū illud vt in pleriſq;: ſed idē dicebat ſemper aios hoium eſſe diuinos viſq; cum e corpore exceſſiſſent: reditū ad celū patere optimo cuiq; ⁊ iuſtiſſimo expeditiſſimū. ¶ Idem in libro de ſenectute hoc affirmat eius verba hec ſunt. Apud Xenophontē aūt moriēs Cyrus maioꝛ hec dicit. Nolite arbitrari o mihi cariſſimi filij me cū a vobis diſceſſero nunꝗ̄ aut nullū foꝛe: neq; enim dum eram vobiſcū animū meū videbatis. Sed cū eſſem in hoc corpore ex his reb⁹ quas gerebam intelligebatis: eundē ergo eſſe credite etc etiā ſi nullū videbitis. ¶ Idem in prima tuſcu. q. de Socrate hec verba ꝓfert. Itaq; diſſeruit duas eſſe vias duplices curſus e corpore excedentium. Nam qui humanis vitijs ſe ꝯtaminaſſent: ⁊ ſe totos libidinibus dediſſent: quib⁹ cecati velut domeſticis vitijs atq; flagitijs ſe inquinaſſent vel in repu. violanda fraudes inexpiabiles ꝯcepiſſent. his demū qd̄dam iter omne ſecluſum a ꝯſilio deoꝝ. Qui aūt ſe integros caſtoſq; ſeruauiſſent: quibuſq; fuiſſet minima cū corporibus contagio: ſeſeq; ſemp ab his ſe vocauiſſent: eſſentq; in corporibus humanis vitam imitati deoꝝ: his ad illos a quibus eſſent ꝓfecti reditum facilē patere. ¶ Idem in codē libro inquit. Et nimirū hanc hꝫ vim preceptum apollinis quo monet vt ſe quiſq; noſcat. nō enim credo id precipit vt mēbra noſtra figuram ſtaturāq; noſcamus. neq; enī nos corpora ſumus neq; ego tibi. dicēs corpori tuo dico: cū ergo noſce te dicit: hoc dicit: noſce animū tuū: nā corpus quidē quaſi vas eſt aut aut aliqd̄ receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur id agit a te: hūc igit noſce: niſi diuinū eſſet nō eſſet hoc acrioris cuiuſdam animi preceptū ſic vt tributū deo ſit: hoc eſt ſeipſum cognoſcere. Sed ſi q̄lis ſit animus ipe animus neſciat: dic que

Animaꝫ imortalē eē probat auctoritatib⁹

ſoꝛne quidem ſe eſſe ſciet:ne moueri quidem ſenex quo il
li ró nata eſt Platóis:q̃ a Soc.eſt i phedrone explicata.
¶ Idem in eodē. Nec me pudet vt iſtos fateri neſcire qḋ
neſciam. Illud ſi vlla alia de re obſcura affirmare poſſē
ſiue aīa ſiue ignis ſit anim⁹ eū iurantem eſſe diuinum.
¶ Idem de ſenectute. Nā dum ſumus in his incluſi cō-
pagibus corporis munere quodā neceſſitatis ⁊ graui
opere pfungimur. Eſt enim animus celeſtis ex altiſſimo
domicilio depreſſus ⁊ quaſi demerſus in terram: locum
diuine nature eternitatiq; ꝯtrarium. Sed credo deos i-
mortales ſparſiſſe animos in corpora humana: vt eſſent
qui terras tuerentur: quiq; celeſtium ordinem contēplā
tes imitarentur eum: vite modo atq; conſtātia. Nec me
ſolum ratio atq; diſputatio impulit: vt ita crederem: ſed
nobilitas etiam ſummoꝝ phoꝝ ⁊ auctoritas audiebam
Pythagoram pythagoricoſq; incolas pene noſtros qui
eſſent italici phi quondam nominati: nunq̃ dubitaſſe:
quin ex vniuerſa mente diuina delibatos animos habe
remus. Demonſtrabatur mihi preterea quid Soc. ſup-
premo vite die de imortalitate animoꝝ diſſeruiſſet: is q
eſſet ſapientiſſimus oraculo apollinis iudicatus. Quid
multa: ſic mihi perſuaſi: ſic ſentio. cum tanta celeritas ani
morum ſit tanta memoria preteritoꝝ: futuroꝝ prudētia:
tot artes: tante ſcientie: tot inuenta: nō poſſe eam naturā:
que res eas contineat eſſe mortalē. Cūq; animus ſemper
agitetur: nec principiū motus habeat quia ipſe ſe moueat
nec finem quidē habiturū eſſe motus: qui nunq̃ ſe ipſe
ſit relicturus. Et cum ſimplex animi natura eſſet neq; ha
beret in ſe quicquā admixtum diſpar ſui atq; diſſimile
nō poſſe eū diuidi. A quo patet ꝙ miſeria potius quā
felicitas illa arabū ⁊ maxime Auerroys dicī debet: quā
aut nullus hominum vnq̃ habuit: aut ſi habuit puſil-
lo tēporis permāſit. Et ſi iſte due opiniones vltime Pla
tonis ⁊ Ar. ⁊ Auic. ſint veritati ꝓpinquiores: tamē que-
libet illaꝝ multa ponit que etiā ſunt contra veritatem.
Unde credo ꝙ phyſice etiā loquēdo ponendū ſit: quod
ponit fides de ipſa intellectiua anima: ꝓpterea ꝙ ſm ip-
ſam apparentia ſaluant: ſm alios vero nō vniuerſaliter
vt videbit: ſi deo placuerit in argumentis que tangam
cōtra eas. Sed qꝛ iſte opiniones in aliqb⁹ cōmunicāt no
biſcum: ideo ſimul arguā cōtra eas: ⁊ ꝯtra fidē ſoluēdo
quedā ꝯtra eas: ⁊ quedā nō: qꝛ ſolui nō poſſunt: contra
eas dico opi. Platonis ⁊ Ar. ſm ꝙ Ariſtoteli iponitur
a grecis famoſiorib⁹. Que vero adducent cōtra fidē
ſoluemus clare: cū illa ſint friuola: ⁊ nullius valoris. His
ergo opinionibus relictis: tanq̃ a veritate deuiantib⁹:
Dico ſm ſacroſanctā eccleſiam romanam ⁊ veritatem.
Quod intellectiua aīa eſt forma ſbalis corporis humani
dans ei eſſe formaliter: ⁊ intrinſece a ſublimi deo crea-
ta: ⁊ in humano corpore iſu a multiplicataq; in ipſis ſm
multitudinē coꝝ: ⁊ in ipſis induiduata nō quidē habi-
tudine ad corpora. Sed vt Auicē. inquit: ex quibuſdā ꝓ
prietatibus quas cū neſciamus ꝓprijs nominib⁹ noīa-
re: vocemus affectiones: quas Scotus hecceitates no-
minauit. Creata dico a deo: nō quidē ab eterno. Sed de
nouo ⁊ infuſa in corpore humano phyſico ⁊ organico ⁊
ꝙ in vno animato nō eſt niſi vna aīa ⁊ in hoc conueniūt
tria lumina religionis chriſtiane. Albertus cum cogno-
mēto magnus: diuus Thomas aquinates adducēs tex
tum de eccleſiaſticis dogmatib⁹. Q, in vno hoie nō pōt
poni niſi vna anima: vt patet ab eo i prima parte. q. 76.
articulo 3°. ⁊ ſubtiliſſimus doctor Ioānes ſcotus. Et nō
tamen credo hec oīa dicta ex fide: ſed phyſice dico omnia
poſſunt probari: ⁊ etiā cum Ar. pōt ſic dicī nō dicendo
aliqḋ ꝯtra eius principia vt multi fideles ⁊ ſancti viri te
nent. ¶ Quod hec ſit intentio fidei patet ab Auguſtino
ſuper geneſi. Deus inquit infundēdo creat ipſam intel-
lectiuam animā: ⁊ creando infundit: ⁊ quantum hoc ⁊
multiplicationē earum: ⁊ ꝙ ſit forma ſubſtātialis dans
eſſe: omnes ſacri doctores ſunt cōcordes. Unde in clemē-
tina dicit. Quod ſi quis pertinaciter tenere preſumpſe-
rit: ꝙ anima intellectiua nō ſit forma ſuſtantialis corpo-
ris humani tanq̃ hereticus cenſeatur. hoc idem Ioan-
nes gan. ad mentem aliquoꝝ dicit in 3° de anima qōne
qua queritur. Utrū anima ſit forma corporis dans eſſe.
Sed videtur ꝙ in hoie ſunt plures anime. Nam cū ho
mo generetur vere ⁊ ꝓprie: cum vere corrumpatur: quia
naturale deſideriū ineſt homini ad gnandū ꝙ non pōt
ex toto fruſtari. generabit ergo hō hoiem nāliter iuxta il
lud ſecūdi phyſicoꝝ ſol ⁊ hō generāt hoiē tex. cōmē. 26.
vnde ſomniauit Marſilius primo de gnatione ponens
hois generationē eſſe miraculoſam ⁊ ſimilr nutricatio-
nem. Nam vt Auguſtin⁹ inquit: miraculum eſt aliquid
inſolitum: ꝙ preter ſpem ⁊ facultatem admirāti s appa
ret: que diffinitio nutritioni nō competit. Non eniꝫ illa
eſt inſolita cū q̄diu viuimus: tam diu nutriamur. Si
ergo generat homo: ⁊ corrūpit aliq̄ ſubſtātia: ibi gnatur
⁊ corrumpit: aut igit ſm eſſentiā: aut ſm eſſe: nō ſm eſſē-
tiam. ergo ſm eſſe: eſſe ergo eius generat: ⁊ corrumpitur:
tunc per expoſitionē ſic hoc corrumpit. hoc eſt eſſe anime
ergo eſſe aīe corrumpit. ¶ Item cū cuiuſlibet nālis tranſ
mutationis tria ſunt principia. materia forma ⁊ priua-
tio ergo ⁊ iſtius. Sed terminus formalis gnationis ca-
pit eſſe p generationē ergo aīa generaret ibi itellectiua. ſ.
nō ponendo talē formā qḋ eſt impoſſibile. ¶ Itē quo-
modo eſt poſſibile ꝙ duaꝝ ꝓductionum ſpē diſtinctaꝝ
idē ſit formalis terminus cum productiones oēs ex ter-
minis diſtent phyſicoꝝ. 5°. tex. cōmēti. 31. Apud recte phi
loſophātes cum terminus formalis generet terminati-
ue generabit. ergo aīa. Sed ponentes iſtam formā dicūt
ꝙ illa generat: ⁊ corrumpit nō terminatiue ſed complecti
ue terti: entitas. ¶ Item in omni animato generabili ⁊
corruptibili oportet eſſe aliquā animā generabilē ⁊ cor-
ruptibilē homo eſt huiuſmodi: vt patet 2° phyſicoꝝ tex.
cōmenti. 26. ergo ⁊c. maior patet qꝛ in omni tali oportet
eſſe animatū generabile ⁊ corruptibile. Sed generatio ⁊
corruptio terminantur ad eſſe 5° phyſicoꝝ tex. cōmenti.
7. Non poteſt aūt tale eſſe generari vel corrūpi. nō genita
vel corrupta forma que neceſſario eſt terminus formalis
tranſmutationis: o bene. ¶ Quod autem creatio tēpora
lis ſit poſſibilis cōſentaneaq; dictis Ariſtotelis rationi- Probatur poſſibilitas creationis de nouo
bus euidētibus declaro ⁊ primo ſic. Nā ex ſententia phi-
loſophi 2° metaphyſice tex. cōmenti 5. Habetur ꝙ eſt de
uenire ad vnam cauſam efficientē omniū alioꝝ a ſe que
eſt deus glorioſus. hoc idem patet ab eo. 12. metaphyſice
tex. cōmenti. 38. a deo qui prima cauſa eſt dependet celū
⁊ tota natura. Hoc idem patet primo celi vt ſupra eſt ad-
ductum. ꝙ ipſe ꝓduxit celum ⁊ vniuerſum totū. Tūc ſic
tale agens cum ſit independenter agens aliter nō eſſet pri-
mum agens ſimpliciter: aget ergo nullo preſuppoſito er
go creabit. ¶ Sed ꝙ de nouo ꝓbatur. Nam cum ꝓdu-
xerit celum in quo maxima eſt diuerſitas partium: non
igit aget ſm ſuam eſſentiam ⁊ neceſſario: ſed ſm electio-
nem ⁊ idealem rōnem libere ⁊ contingēter. potuit ergo
nō creaſſe ab eterno: ſed de nouo incipere creare. Q, aūt
nō neceſſario agat ad extra ſubtiliter ꝓbatur a doctore
ſubtili primo ſententiaꝝ diſtin. 8° vide ibi. Sed cū hoc
ſupletur: qꝛ ſi ſm ſuam eſſentiā ageret ⁊ neceſſario. tātū
vnum ageret: quia idem inquantū idem nō facit niſi idē
vt 2° perigeneſeos patet tex. cōmenti. 55. Et ſic talis diuer
ſitas celi non fieret ab eo. ¶ Item arguit hoc auctoritate
Ariſtotelis primo de anima tex. cōmenti. 65. dicentis in-
tellectum

tellectum innaſci ſubſtantiam quandaȝ exiſtentem ⁊ nõ corrumpi. Hoc idem patet inde proprietatibus ele mentorum vt inquit. Relinquit ergo intellectum ſolum de foris euenire iuſſu creatoris dei. Hoc idem patet 3° de anima ab Auerroi textu cõmenti. 5. dicẽte intellectum ⁊ alias virtutes anime eſſe res factas a motore extrinſeco: vt eſt famoſum ex opinione Ariſtote. ⁊ omniũ peripateticoꝝ ⁊ hoc eſt ꝙ Ariſtoteles dicit. 16. de animalib⁹. relinquit igitur ſolam mentem extrinſecus euenire. Qꝫ nõ ita intelligendũ eſt. Qꝫ diuinus intellectus cauſet eam extra corpus. Sed ꝙ educit eam de luce ſua ⁊ nõ de aliquo materialiũ pꝛincipioꝝ. Itẽ 12. metaphyſice textu cõmenti. 16. ponens Ar. differẽtiam inter cauſas mouentes ⁊ formales. dicit ꝙ mouẽtes cauſe precedunt effectuȝ: formales vero ſimul ſunt cum eo: inquit enim ſic. Mouẽtes quidem igit cauſe velut prius facte exiſtẽtes. Que autem vt ratio ſimul. Quando enim ſanatur homo tunc etiam ſanitas eſt: ⁊ figura ence ſphere. ſimul ⁊ erea phera. Itẽ ſi non incideret cum corpore eſſet ꝓpterea: qꝛ omne corruptibile ingenitũ ⁊ ecõuerſo. vt ſupra latiſſime diximus. Sed probo hoc eẽ falſum. naȝ potẽtia reſpectiua precedẽs formam generatã eſt eterna a parte ante. ⁊ non a parte poſt. Item vt 8° de phiſico auditu colligit: motor nõ eſt ante mobili: ergo icipiẽte mobili eẽ ⁊ motor ſicut eſt anima ⁊c. ¶ Sed contra poſitionem Platonis ⁊ Ariſtotelis vt dixi ad mentem aliquoꝝ arguit Albertus cognomẽto magnus aliquib⁹ rationibus primo ſic. Abſurdum videt ꝙ aĩa vna de corpore in corpus transferat. qꝛ vna forma non põt habere niſi vnum: ⁊ ꝓpꝛium ſuſceptiuũ. Ad hoc reſpondeo eſſe Platoni ſic neceſſariũ dicere. Nam vt dixi: anima corpori vnita. ſi bene beateqꝫ vixerit ſeparata redire ad cõtubernium ſtelle. Si vero male tranſmitti ad aliud corpus quoad purget. ꝙ etiam incõueniens eſſet: cuȝ partes materiales fluant ⁊ refluant totam materiã nũc informatã ab vna forma deſtui: ⁊ aliam informare. ¶ Itẽȝ 2° arguit ipſe ſic: qꝛ ſm iſtam poſitionẽ numerus animarum ſemp eſſet equalis numero corporum. ⁊ tunc nõ poſſet vnus homo generari quin alius corrumperetur. ¶ Ad hoc reſpõdeo deuȝ vt dixi: ab eterno produxiſſe numerum animarũ maiorem numero corporum humanoꝝ. ita ꝙ numerus animaꝝ ſemper excedit numeruȝ corpoꝝ. Si quis autẽ teneret ad mentem tum Ar. tum Platonis ſm expoſitores ꝑdictos. Nõ ꝙ aſſeram hoc ego ad mentem eius. ſ. Ar. vt dixi determinando. q. ſm ſanctam romanã eccleſiam ⁊ veritatẽ eſſe infinitũ numerum animaꝝ actu tenendo mundi eternitatem ſicut ipſi tenent nullũ reputareȝ inconueniens apud ipſos: ſicut inquit Algazel in metaphyſica ſua nõ inconuenire in talibus nõ habẽtibus eſſentialẽ ordinẽ proceſſuȝ in infinitũ. ¶ Sed cõtra omne habens multitudinem ⁊ numerũ poteſt eſſe actu numeratum. Infinitum nõ poteſt eſſe actu numeratũ. ergo infinitũ nõ habet multitudinem neqꝫ numeruȝ: tenet cõſequẽtia cum Ar. 3° phyſicorum: qꝛ maior ⁊ minor tractatu de infinito tex. cõmẽ. 41. ¶ Reſpondeo ꝙ maior debet intelligi de habentibus multitudineȝ quantorum per ſe: ⁊ ſeorſum exiſtentiũ. Sed de multiplicitate indiuidualiũ inexiſtentium vt ſunt pũcta nõ oportet: neqꝫ ſeparatoꝝ vt de animabus cõtingit intellectiuis i die paſſionis domini ieſu chriſti cuius gratia ⁊ intacte genitricis eius virginis marie: hec ſolutio mihi eſt data. ¶ Et ſi arguas ꝙ in ſpẽb⁹ numerorum erit poſſus in infinitũ ⁊ eẽntialiter ordinatis. ¶ Reſpõdeo ꝙ nõ inquit in ſpẽbus nõ facientib⁹ ad perfectioneȝ vniuerſi qualis eſt nr̃a: neqꝫ ille ſpecies ſunt eſſentialiter ordinate qꝛ maior numerus. a. non dependet formaliter quantũ ad eius vnitatem: que in ſpecie reponitur lȝ quantũ ad vnitatem materialẽ dependeat. ¶ Tertio arguit contra iſtam opinionẽ. Naȝ ſi ingrederet anima corpus ⁊ iterũ egrederet. tunc anima eẽt per ſe mobilis. Ad hoc inuenio: vt Simplici⁹ refert 6° phyſicoꝝ tex. cõmenti. 32. quoſdaȝ Platonicos ad motus animaꝝ vti vehiculis quibuſdã corporeis ethereis: ⁊ eternis: cõtra quos arguit. Nam cum anima ſit tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte vehiculum illud etiã ſic ſe haberet ꝙ ſine corpoꝝ penetratione fieri nequit: ideo inquit ipſe: ꝙ ſeparari animam a corpore nihil aliud eſt: qꝫ deſinere ipſum illuſtrare ꝓpter ſui. ſ. corporis indiſpoſitioneȝ. ¶ Veruntamen qꝛ vt Macrobius refert. Plato voluit a celo mitti aĩas in terrena corpora. ⁊ iteruȝ ab eis ad celeſtia migrare ideo aliter reſpondeo dicendo ſicut doctor ſubtilis di. 2° ſententiaꝝ: ꝙ anima poteſt per ſe moueri: ⁊ ſucceſſiue: que ſucceſſio attendit ſolum ex ſpacij diuiſibilitate: ⁊ nõ mobilis. Aliter põt dici ꝙ aliter cõſideraẽ ſucceſſio: ⁊ velocitas i motu naturali: ⁊ aliter in motu animali. Nam in nãli attenditur penes ꝓportionem geometricam potẽtie mouentis ad ſuam reſiſtentiaȝ: in motu vero animali penes aptitudinẽ ſeu inclinationem ſm eius appetitum ad tñ: vel tm̃ moueri: vnde in ꝓpoſito intellectiua anima de celo in terraȝ mouetur motu ſucceſſiuo: ⁊ ſic veloci: qꝛ ſic appetit moueri. ¶ Item ſi dij incorporant animas vt dixit Plato. Sequit maliuolos ⁊ inſipientes eſſe deos celeſtes deos in talia corpora mittẽtes ſimiles ſibi intellectuales animas: in quibus ꝓpter maximos labores vix poſſunt nunqꝫ attingere conuitũ pulchritudinis equã habẽt in ſeipſis. ¶ Ad hoc reſpondeo: ⁊ ſilr ad rõnes: quas videt innuere Ar. contra preceptorẽ primo de anima tex. cõmen. 38. vſqꝫ ad quadrageſimum 2m. Et dico ꝙ non maliuoli imo benefici ⁊ liberaliſſimi ſunt dij cõmunicantes humanis corporibus animas pro cõſeruatione nobiliſſime ſpeciei generabilium ⁊ corruptibilium humane. ſ. vnde vnio anime ad corpus eſt naturalis ſm quid ꝓpter finem iaȝ dictũ. Separatio vero eius eſt ei ſimpliciter nãlis: qꝛ illa ſummũ eius bonum attingit. ⁊ ſic patet ꝙ licet ſit difficile: vt Ar. ingt diſcernere inter naturales motus aie: ⁊ violentos: nõ tñ impoſſibile: vt viſum eſt: ⁊ hoc dico ad mentẽ Platonis: quid autẽ ſit dicendum ſm fideȝ infra dicetur. ¶ Ad illud etiaȝ ꝙ Ar. adducit ꝙ videtur poſſibilis reſurrectio mortuoꝝ: dico ꝙ Ar. arguit ſic: ꝙ videtur apparenter. ſ. ⁊ aliquibus ex hac poſitione mortuos reſurgere. Tamen ſm Platonem hoc nõ videtur qꝛ ⁊ ſi redeat anima intellectiua: ⁊ ſenſitiua tamen cogitatiua dicta minime redire põt ſm ipſum. ¶ Ad illud etiam ꝙ adducit. ꝙ ſi moueretur aliqua ſpecie mot⁹ ⁊c. Reſpondeo: vt Simplicius refert. 6° phyſicorum auctoritate Theophraſti ⁊ diſcipuli Theophraſti q inter optimos peripateticos eſt annumeratus. Strato Lampſacenus hoc idem dicit: ꝙ Ar. vtitur ratione ad nomen contra Platonem. Nam reprehendit nomen motus corporalis qd̾ primo ſignificat per motũ de quo Plato nõ intellexit: ſed cepit motum pro anime operatione ⁊ ſic cum Plato dixit: cum ſuo diſcipulo Xenocrate ꝙ anima eſt numerus ſeipſum mouẽs. accepit motum iſto modo ꝙ etiã Ar. aliquãdo facit. vt patet 2° huius tex. cõmẽti. 100. phãtaſia eſt motus factus a ſenſu ⁊ in 3° textu cõmẽti. 2. intelligere conſiſtit in quodã moueri ⁊ pati. Et ſic patet ꝙ in re nõ diſcordant prece

Cõtra platonis placitum

De motu localĩ aĩe ſeparatur a corpe

Cõcordia ariſtotelis ⁊ platonis

Diluutio rōnū ꝓbantiū aīas nō multiplicari.

ptor ⁊ diſcipulus ſm ꝙ multis videt̃:ſed in nomine
tantum. ¶ Sed diceret iunior:male ergo reprehendit
Ar. Platonem. Reſpōdeo negando conſequentiam.
Nā illud fecit Ar. ne homines decipiantur credentes
cum audiunt nome abſolute platum illud ſupponere pro ſuo famoſo:i ſignificato ¶ Ad rōnes vero qui
bus improbatur multitudo animarū reſpondetur:
Ad primā. Sconcam nature indiuiduali non repu
gnat infinitas:dico ꝙ verum eſt de generabili ⁊ corruptibili:ſed non de incorruptibili qualis eſt in propoſito. ¶ Ad aliā cū dicit̃ ꝙ non eſt multitudo niſi p
imperfectionem:dico ꝙ falſum eſt. Nā vt dixi eſt talis
multiplicatio animarum:propter multiplicationem
hominum ⁊ conſeruationem eorum:⁊ humane nature vt dixi. ¶ Ad alia dico ꝙ per materiā Ariſtote.
intellexit hecceitatē quare non procedunt. vel dica
tur multitudinē eſſe per materiā antecedentem ⁊ diſ
poſitiue iuxta illud cōmentatoris ſeptimo metaphyſice cōmento. 28. ¶ Ad dictum vero Themiſtij plotini
⁊ aliorum dico ꝙ ipſe Themiſtius argumētando illud ponit:ſed poſtea determinando:vt dixi aſſimilat
ipſum intellectū lumini ſm Ariſtote. ¶ Ad alia vo vn
de faſcinatiōes ⁊ alia:⁊ dico hoc prouenire:qꝛ ille anime de conſimilibus experientiā habuerūt ⁊ ab eterno cōſimilibus habitibus predite ſm platonē: dico.
¶ Ad obiecta vo Auerroys ꝙ eſſet tranſmutatū ſine
tranſmutatione:aut tranſmutatio in priuatione dico
ipſum non habuiſſe intellectū creationis. Nam creatio non eſt mutatio:ſed abſtrahit a mutatione:cū mu
tatio requirat ſubiectū:ſed bene eſt productio que cōmunior eſt mutatione. ¶ Ad aliud eiuſdem cū querit de potentia illa creature anteꝗ̄ fiat:dico ꝙ illa eſt
ſm rationem tantū. ¶ Ad aliud autem acceptum ex
communi cōfeſſione philoſophorum ꝙ ex nihilo nihil fit:dico ꝙ verum eſt ſm mutationem:aut phiſicā
tranſmutationem ſed bene per creationem. ¶ Ad id
vero ꝙ primo adducebatur:ab Ariſtote. ꝙ ipſa eſt in
genita ⁊ icorruptibilis ergo ſempiterna. ¶ Rñdeo ꝙ
cōſequens:⁊ conſequentiam concederet tum plato. tū
Ariſtote. Sed ſm chriſtianam fidem ⁊ etiam ſm Ariſtote. apud multos reſpondetur ꝙ bene ſciebat Ariſtote argumentum non demōſtrare:ſed oportet ſic ar
guere:eſt ens ingenitū ⁊ icorruptibile ⁊ iproductū ergo ſempiternū. Sed tunc conſequentia bene erit bo
na:ſed antecedens eſt falſum apud fideles. Illud etiā
argumentū platonis non procedit:ꝙ probat ab eter
no productas fuiſſe animas. Nam vt ſupradictū eſt
deus agit ad extra contingenter:⁊ libere. ¶ Neq̄ enī
dicta Auerroys:vt multi credunt:obſtant dictis platonis ⁊ Ariſtote. tenentium productionem eternalē
animarum:cum dicit contra Auicen. 12. metaphyſice textu cōmenti. 44. ꝙ illic non eſt prouentus:neq̄
conſecutio. Nam iſte ſunt diſpoſitiones agentium ſu
perficie tenus non vere. ¶ Rñdeo ꝙ benedicit cōmē
tator ꝙ ibi non eſt tranſmutatio proprie. Nā vt ipſe
in eodem inquit:agens verum apud Ariſtote. eſt ꝙ
educit illud ꝙ eſt in potentia in actum:ſed ꝙ nulla ſit
ibi productio hoc nō negat:vt patet primo celi textu
cōmenti. 105. ¶ Multa alia argumenta conſimilia poſſent adduci:que omnia conſimilē habent ſolutionē.
A quo patet error Gregorij Nicenī credentis omne
de nouo productū corruptibile eſſe:ſed tantū illud ha
bet veritatem de his que phyſica generatione producuntur. ¶ Dimiſſis communibus rationibus Joan
nis gan. quarum ſolutiones claras ⁊ bonas habes a
preceptore noſtro Gaietano Thienenſi vincētie oriūdo. vnam tangam non tactam ab eo:quā indiſſolubi
lem Joānes Gan. putat. que talis eſt. Omnis forma
que recipitur in aliquo recepto in corpore recipit̃ in
corpore per ſe aut per accidens:quā ſic deducit. Ego
neſcio inquit Joannes:videre ꝙ color recipiatur in
ſuperficie recepta in corpore. ⁊ tamen ipſe nō recipiat̃
in corpore. ⁊ ſic de alijs:ſed ipſum intelligere recipitur
in intellectiua anima recepta in corpore. ergo ipſū re
cipere in corpore per ſe aut per accidens ⁊ ita intellige
re eſſet ſicut ſentire ꝙ eſt grauiſſimum incōueniens:⁊.
contra omnem philoſophiā. ¶ Ad hoc ſm platonē
facilis eſſet reſponſio. Nam ipſe non ponit receptionem ſpecierum de nouo fieri:ſed ipſas ponit cōcreatas ipſi anime. ſecundum vero fidem ⁊ vitatem dicit̃
ꝙ maior habet veritatem ſi illud in quo recipit̃ ſit for
ma materialis ⁊ educta de potentia materie:ſi aūt ſit
imaterialis a ſublimi deo imediate creata: illa poteſt
recipere vniuerſaliter:⁊ abſtracte. Quāuis enim ſpecies ipſa recepta ſit ſingularis in eſſendo:tamē eſt vniuerſalis in repreſentando:⁊ ſi queratur:vt querit Albertus a quo habet tale eſſe vniuerſale: dico ꝙ hꝫ ab
intellectu agente effectiue qui virtualiter eſt vniuerſalis:⁊ a poſſibili intellectu:⁊ ſubſtantia anime ſuble
ctiue:que tale eſſe poteſt conferre ꝓpter ipſam eſſe ſub
ſtantiam penitus a materia denudatam mediā inter
celeſtes formas:⁊ materiales:vt plato dixit. tale eī vnī
uerſale eſt eſſe ſeparatum a materia ⁊ appendicijs eiꝰ:
vnde ſpecies intelligibilis talem habet ſeparationem
exiſtens quo intelligitur vniuerſale ſic ſeparatum: O
bene. ¶ Vel dicamus vt Albertus cognomento magnus in ſuo de intellectu ⁊ intelligibili dicit capitulo 9ᵒ
tractatus primi ꝙ cum Ariſtoteles tertio huius aſſimilet intellectū luci ſicut ergo lux ſolis vt eſt in ſole eſt
vna numero:vt autem emanat ab ipſo eſt vniuerſali
ter illuminatiua omniū diaphanorum tam peruiorum que facit lucida ꝗ̄ non peruiorū que facit colora
ta:⁊ hoc modo conſiderata multa agit ⁊ facit:ſic intelle
ctus ꝓut eſt aliquid nō anime eſt indiuiduus:ꝓut au
tem emittit actiones intelligendi eſt in virtute vniuer
ſali:⁊ ſic recipit vniuerſalia:que nō ſunt in eo ſicut ac
cidens in ſubiecto neq̄ ſicut forma in materia:⁊ ideo
per ipſum non indiuiduantur:eſt ergo virtute vniuer
ſalis:virtus anime que imago dei eſt creata in orizōte eternitatis ⁊ temporis:⁊ in vmbra intelligentie vt
dixit yſaac. non mirum ergo ꝙ tale eſſe vniuerſale cō
ferat ꝙ alie forme materiales cōferre non valēt. ¶ Et
ſi queratur a quo habet potentia illud eſſe abſtractū
non receptum in materia. Reſpondeo a deo glorioſo
cuius eſt imago:⁊ quando dicitur idē eſt producens
animā intellectiuam ⁊ ſuas potentias. Reſpōdeo ꝙ
bene eſt idē re. multiplex autē virtute. Cui ſint gratie
infinite ⁊ eius genitrici in tacte marie de tā ſubtili ratione. Ex his clare patet ꝙ quāuis diuus plato ꝓpin
quus fuit videre, verum:tamen in rei veritate nō vidit veritatem in hoc complete:ſed ſolū fideles chriſtiani lumine fidei illuminati veritatē attigere complete. ⁊ ſoli cōplete ſatiſfaciunt omnibus queſitis in
his difficultatibus. ¶ Vnde contra platonem arguo
primo ſic:aut numerus animarū eſt equalis numero
corporū humanorum aut minor:aut maior a ſufficiente diuiſione:non minor quia tunc eſſent humana
corpora ſine anima ⁊ ſic fruſtra:non equalis:quia tūc
eſſet neceſſe vt vno homine genito alius corrumperetur. Neq̄ ſufficit reſponſio ſupra data. Nam pono
tot corpora generari humana:quot ſunt ille anime ex
cedentes corpora ⁊ tunc numerus animarū erit equa
lis numero

Ratio quam credidit Joānes gandanēſis iſolubilē.

Solutio ſuperioris rationis

lis numero coꝛpoꝛum: q̄ꝛ redargue vt ſupra. Item rationabile eſt quālibet formā ſuſceptibilē ꝓpꝛium habere ſuſceptiuum. Sicut enim diuerſa inſtrumenta ſunt propter diuerſas artes: ita diuerſa coꝛpoꝛa humana propter diuerſas animas intellectiuas. Et ſicut vna ars non vtitur inſtrumento alteri⁹: ita neq̄ꝫ vna anima organo alterius. Naꝫ ſi alio vteretur ſimile eēt vt dicit Ariſto. textu commenti. 53. primi de anima. Sicut ſi aliquis dicat tectonicam in fiſtulis ingredi: vt ſub dit philoſophus. Opoꝛtet quidem arteꝫ vti organis: animam autē coꝛpoꝛe. Uidetur eni vnūquodq̄ꝫ pꝛopꝛiam habere ſpeciem ꝛ formam. Si quis vero ꝑ reſolutionem ad imediata: ꝛ per diuiſionem ad minima argumētationes contra Auerroym in hoc quinto philoſophice diſcipline depꝛauatoꝛem videre deſiderat: videat opus contra ipſum reuerendi, ſacre pagine magiſtri Antonij Trombette philoſophi integerrimi ꝛ Theologi excellentiſſimi. pꝛouintie ſancti Antonij Patauini Miniſtri meritiſſimi. Nam fruſtra viſum eſt mihi tāgere que ab eo mihi amiciſſimo ſunt optime declarata. ¶ De felicitate aūt anime poſt moꝛtem quid ſacri fideles teneant: clarum eſt ex ſacris doctoꝛibus in 4.° ſententiaꝝ: vide ibi: Platonici vero ꝛ ſi non in toto ſatiſfecerunt: fuerunt tamen propinqui aliquantulum videre veritatem. Omnia ergo attributa anime intellectiue a fidelibus doctoꝛibus veriſſima dico eſſe ſimpliciter ꝛ omnino: ꝛ dictis Ariſtotelis minime repugnare. Si quid vero propter tenuitatem ingenioli mei dixerim contra fidem catholicaꝫ: ſubijcio me coꝛreptioni ſacroſancte eccl'ie romane.

¶ Et ſic eſt finis huius nobiliſſime queſtionis ꝑ me Nicoletum Uerniam theatinum Ciuem Uincentinum: Oꝛdinarie philoſophiam ad pꝛimam ſedem legentem ſine concurrente in almo ſtudio Patauino In villa agri vincentini: Colzade dicta: non obſtante opthalmia: q̄ me tunc moleſtabat. 1492. 18. ſeptemb.

¶ Ego frater Antonius Trombetta oꝛdinis Minoꝛuꝫ ꝛ ſacre Theologie pꝛofeſſoꝛ immeritus Miniſter prouintie ſancti Antonij Ad lecturam metaphyſice in celeberrimo gymnaſio Patauino deputatus vidi ꝛ accuratiſſime luſtraui totum hoc opus ſupraſcriptum de intellectu humano editum ab excellentiſſimo philoſophoꝛum domino Magiſtro Nicoleto Theatino in quo appꝛobo ꝛ atteſtoꝛ quicquid in ipſo continet de Ariſto. intentione fidei catholice maxime conducere: ꝛ veritati quam pꝛofitetur ſancta romana eccleſia integerrime conſentire: pꝛo quo gratie imoꝛtales ſibi debentur nec minus pꝛemia que huiuſmodi viris oꝛnatiſſimis elargiri conſueuere. Padue Die. 20. Julij. 1499.

¶ Ego magiſter Uincentius Merlinus Uenetus ad lecturam metaphyſice in almo ſtudio Patauino deputatus: Rogatus ab excellentiſſimo artium ꝛ Medicine doctoꝛe Domino Magiſtro Nicoleto Theatino: vt viderem cum diligentia hunc ſuum tractatum de vnitate intellectus ꝛ bene examinarem ſi aliquid eſſet ibi ſcriptum contra ſacroſanctam romanam eccleſiā: examinato igitur tractatu cum omni diligentia. Dico nihil ibi eſſe contra ſacroſanctam eccleſiam romanaꝫ imo ipſuꝫ aperuiſſe multa que alij non fecerunt: ꝛ cōfuſionē Auerroys: ꝛ pꝛo ſacra ſancta noſtra romana eccleſia Die. 13. Julij. 1499.

¶ Ego magiſter Maurinus Hibernicus oꝛdinis Minoꝛum: Ad lecturam Theologie in almo ſtudio Patauino deputatus. Rogatus a pꝛefato excellētiſſimo artium ꝛ Medicine doctoꝛe Dño Nicoleto Theatino ad vnguem vidi ꝛ examinaui ſupraſcriptam nobiliſſimam queſtionem de imoꝛtalitate ꝛ pluralitate animarum contra Auerroiſtas. Et nihil niſi conſonū ſacre ſcripture ꝛ ſacroſancte romane eccleſie atq̄ꝫ catholicis doctoꝛibus de mente ipſius determinatum reperi. Unde cum ſummo pꝛemio ꝛ lauriola vtriuſq̄ꝫ Jerarchie militantis videlicet atq̄ꝫ triumphantis exaltandus foꝛe cenſeo. Maxime cum ad modum golie Auerroym chꝛiſti nominis inimicum gladium quo iuguletur ad coꝛrumē deſerentem penitus extinxit. Padue die. 15. Julij. 1499.

¶ Uincentius Tuſcus Ceſenas philoſophoꝛ minimus. Nicoleto Uerniati Theatino Ciui vincentino Maximo peripatetico. S. P. D.

Si domitis gallis: parto quoq̄ꝫ marte tropheo
 Ceſaris in medio fulſit imago foꝛo.
Rome triumphales traxit per compita currus:
 Dum redeunt magni ſigna veranda ducis.
Si curij riſere patres catilina iaceret:
 Dum ſerus in nuda ſanguinolentus humo.
Deniq̄ꝫ ceſareum ſi iam edit amphiteatrum
 Romulea quiſquis nomen ab vrbe trahit.
Quis tibi: fabritio maioꝛ nicolete: coloſſus
 Surget: ꝛ ethereum phama iuuabit opus.
Foꝛtia non phꝛygijs ſuperaſti caſtra manipulis
